2º

2

1352

41575

# OPOBALSAMVM

## PETRI CASTELLI Romani.

VENETIIS.

APVD PETRVM TOMASINVM. MDCXL.

*Superiorum Permiſsu.*

Eminentiſs.$^{mo}$ atq; Reu.$^{mo}$ Principi.

# FRANCISCO BARBERINO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO
Et Sanctiſſimi Domini Noſtri
Vrbani VIII. Nepoti.

*PETRVS CASTELLVS ROMANVS ſalutem, ac fœlicitatem.*

SVmmopere gaudeo, & tibi gratulor (Eminentiſs. Princeps) vt, Veſpaſiano triumphante Balſamum planta; ita, te imperante, Balſamum ὀπὸν Romanam lucẽ vidiſſe: immo ſi ea tunc victa ferebatur, hoc nunc ſponte triumphans ad tuos lares acceſſit, acceſſit nempè, vt, ad celeberrimam Antidotum Theriacam Imperatoribus potentiſſimis tantùm Olim dicatam,

pro-

proximè ſub tuis auſpicijs parandam, tibi maximo Principi inſeruiret. Equidem, pro mea erga te obſeruantia, eaquè beneficiorum acceptorum, qua teneor memoria, in controuerſia illa de Opoballſami ex Arabia recenter aducti (an ſit legitimũ) recognitione, audito tuo nomine, vtpotè pro Pharmacopea tuo iuſſu erecta, ſeu exorta; tuo ſplendore viuificata; tua beneficientia inopum in ſubſidium nutrita; Haud potui omnibus viribus non intentus pro illo contendere. Ecce feſtinatum opus, moram non patitur, ad te illico properat, aduolat, ruit. Suſcipe ergo iſtud ea, qua ſoles benignitate alia noſtra recipere, memor me vbicumque terrarum fuero, tibi (Princeps Eminentiſſime) deuinctum ſemper te habere; pròq; tua ſalute Dijs continuo litare. Datum Meſſanæ anno VI. noſtri ab Vrbe diſceſſus, ad Saluatorem vero Magorum acceſſus. M.D.C.X.L.

Beneficiorum acceptorum memoriam.

IN-

# INDEX AGENDORVM

## BALSAMVM EXAMINATVM DE QVO Quæſtiones. xxvj.

NEMPE.


QVæſtio. 1. *An Balſami Planta omninò perierit.* pag. 3.

2 *Quæ ſit Balſami naturalis patria.* 7.

3 *An Balſamum ad nos feratur.* 12

5 *De ſignis veri Opobalſami.* 18

6 *De eius Ætate.* 19

7 *De Synceritate.* 22

8 *De Tenuitate.* 24

9 *De Ieuitate.* 25

10 *De Læuitate.* 26

11 *De pinguedine.* 28

12 *De Adhærentia.* 29

13 *De admiſto Gummi.* 30

14 *De Colore Opobalſami.* 31

15 *De Perſpicuitate.* 35

16 *De Odore.* 36

17 *De Acore.* 40

18 *De Sapore.* 42

19 *De Tactili qualitate.* 43

20 *De Lactis Coagulatione.* 43

21 *De Macula.* 45


De

22 *De Paſſione Opobalſami.* 52
23 *Probatio igne.* 53
24 *An Lacteſcat.* 54
25 *An coaguletur.* 56
26 *An ſidat in aqua.* 59

*Litteræ Collegij Aromatariorum.* 61
*Reſponſio Petri Caſtelli.* 63
*Litteræ Antonij Manfredij.* 67
*Reſponſio Petri Caſtelli.* 70
*Littera Leonardi Gisleni.* 74
*Reſponſio Petri Caſtelli.* 75
*Diſquiſitio Euonimi.* 78
*Summarium Diſquiſitionis Leonardi Gisleni.* 87
*Annotationes Petri Caſtelli.* 87
*Ad Lectores.* 104
*Memoriale Collegij Aromatariorum.* 105
*Caſtigatio eiuſdem à Petro Caſtello.* 110
*Pauli Zacchiæ ſermo.* 126
*Balthaſſaris Bonanni informatio.* 133
*Baldi Baldi informatio.* 139
*Epilogus Petri Caſtelli.* 149
*Peroratio eiuſdem.* 153

*F I N I S.*

Aliquot errata typographica nobis inuitis irrepſere, præcipuè, in accentibus litterarum Græcarum, quia deerant ipsæ litteræ, corriget benignus lector.

# PETRI CASTELLI ROMANI.

NOBILIS MESSANENSIS PHILOSOPHI, ET MEDICI.

*IN CELEBERRIMO MAMERTINORVM Gymnaſio Medicinæ Practicæ Profeſſoris Primarij.*

ANATOMICI PVBLICI

*Chimiæ extraordinarij interpretis.*

ATQVE

ACADEMICI HORTI SIMPLICIVM Proto Præfecti, & Fundatoris.

*OLIM*

In Romano Archigymnaſio Philoſophiæ primum, tum Medicinæ, & Simplicium Lectoris.

# OPOBALSAMVM

## Examinatum, defenſum, iudicatum, abſolutum, & laudatum.

# Errata Corrigenda.

PAg. 2. l.31. dilucidus. p. 14. l. 16. non. p 15. l.14. prædicta. l. 22. exclamat. l.24. ab hinc. p.31. l.26. primus. l.27. locus. p.36. l.34. videatur. p.39. l.8. oleis. l. 20. Terebinthum. p.45. l.22. Manfredus, & Vincentius *P*anutius. p.46. l. 31. Manfredus, & Vincentius Panutius acceſſere. l.34. attulere. p.47. l. 9 quibus p. 50. l. 22. ſiccus. p.60. l 9. calore. p.63. l.24. aliquandiu. p. 64. l. 5. confectam. l. 16. etiam.
numeri. 61. 62. 63. 64 duplicati.
p. 67. l.21. dall'Illuſtriſſimo Sig. l.23. dal Eccellentiſſimo. p.75. l. 3. reclamantibus. l. 12. Vate. p.76. l.26. blanditias. p.85. l.2. Poetæ. p.98. l.26. detrahere. p.99. l.9. cenſet. p. 107 l. 11. ab. p.113. l.27. Ardoinus. p.114. l. 16. fuiſſe. l.19. diligentiſſimorum. p.115. l.27. probauimus. p. 116. l.1. de. p. 118. l.15. quarta. p.121. l.10. ſcripſit. p.122. l. 23. iuuenis. p. 125. l.9. Baccanalia. p.150. l.22. Anonimo.

Alia minoris momenti iudicio Lectoris relinquuntur.

# OPOBALSAMVM Examinatum

## PETRI CASTELLI ROMANI.

AVRI ſacra fames quid non mortalia pectora cogit? omnium malorum cauſa Aurum. Aurum peruerſor bonorum omnium, omnium amor, omnium ſcopus, omnium denique pernicies Aurum.

*Aurum omnes victa iam pietate colunt.* Prop. Eleg. 13 l. 3

*Auro pulſa fides, auro venalia iura,*

*Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.*

Ruimus in Aurum nulla pietate, nullo decore, nullo diſcrimine ducti, detenti, euocati.

*Impiger extremos currit Mercator ad Indos.* Horati. Ep. l. 1. lin. 1.

*Per Mare, pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.*

Auro omnia mendacij, omnia fraudis, omnia falſitatis plena, & quod mirandum magis, nec inanimata Auri deſiderio carent, quum cæteris omnibus innatantibus hoc vnum peruicax Hydrargirum ad ſe trahat. Huius malè acquiſiti Auri deſiderio ſyncerum in Græciam Opobalſamum non ferri, Græcus conquerebatur Theophraſtus, nec manifeſtiorem alibi fraudem Romanus Proconſul exclamabat Plinius. Quippe

ob auaritiam fraus Balſami

*millibus denarium ſextarij empti vendente fiſco trecenis denarijs veneunt, in tantum expedit augere liquorem!* Heu Balſamnm ſimplex, purum, & ſyncerum quo nam terrarum veheris? quæ te Mercatorum auaritia, cæpit, quę fraus decepit, vt nos decipias? quà Oleis, quà Reſinis, quà Gũmatis, quá Melli, quà ceræ, quà tui ſeminis ſucco, & alijs, te miſceri, nutriri, & creſcere audio, at prauo nutrimento, morboſoque incremento, nutritum, & inflatum, te cernens, heu quantum ab illo ſyncero mutatum, & cachoeticum factum iure exclamare poſſum. At quum ſis ſolitum peregrinari perſonatum, ac δεδολομένος. Hoc tu nominis iacturæ lucrum adeptum es, vt ſi quando ſimplex, purum, ſincerum, integrum, & ἀκέραιον, progredi, libuerit, nullam merearis fidem, ſemper ſimulatum, ſemper fucatum, ſemper vitioſum, Adulteratumque te omnes ſuſpicentur, iudicent, ac condemnent. nil tibi proſunt doctiſſimorum virorum applauſus, ampliſſimorum Collegiorum approbationes : omnes ſimplicitatis, ſynceritatis, ac perfectionis notæ. quam tibi poſſum ego ſimplex opem afferre? quam ſimplicitatis fidem atteſtari? ne Mercurio quidem credent. etiam ſi Cato dicat. tute tibi, velut Turdus malum cacaſti. ſed de mea fide ne deſperes, quam enim tibi opē ferre potero, totam tibi polliceor, faxit Deus, vt ex voto ſuccedat.

Opobal ſam. auxil pol licetur.

Opobalſamum igitur examinaturus, an notis omnibus a veteribus traditis reſpondeat, nil conſideratu dignum (licet leue) ab auctoribus traditum, quod ad Opobalſami ſynceri cognitionem pertineat, ſilentio obuoluam. accidetq; mihi, vt dum dilucidus eſſe volo, longior fiam.

Methodus agēdi.

Porró vt cuncta clarè, apertè, & diſtinctè tractentur, enodentur, & patefiant, ne cuiquam hæſitandi

reclamandiue locus, aut occaſio relinquatur, perpendenda in quæſtiones redigam diſtinctas, eaq; agitabo, fermentabo, enucleabo, tandem reſoluam, & meam ſententiam firmam, certam, euidentiſsimamq; ſemper apponam, vt dubitare nemo poſsit.

Primo autem Ariſtotelicum illud quęſitum de rei exiſtentia occurrit *an ſit*. quippe quęremus, an Balſami planta, de cuius partibus tot apud antiquos extant laudes, omninò perieritnè plantarum numero deleri permiſerit Deus; né, quod eſſe iam deſijt, fruſtra quęramus, nè ex Tantali horto fructum colligamus. Queſt. 1.

Perijſſe ſiquidem affirmarunt non pauci, quales Cardanus. lib. 8. de ſubt. relatione Petri Martiris Angerij Regum Hiſpaniarum Legati ad Sultanum Ægypti. Nicolaus Monardes c. de Balſamo. Martinus Kemnitius, & forte alij, ducti; tum quod in Ægypto, ac Iudæa Balſami illos antiquorum Hortos non amplius extare audierint; tum quod ipſum Balſamum ad nos afferri non nouerint. Periiſse Balſamum

Sentiendũ contrà; Balſami ſtirpes ab Orbis albo deletas nõ fuiſſe, nec eſſe deſijſſe, ꝙ euidẽti ratione, & clariſſimis ſcriptorũ auctoritatibus mox demonſtrabitur. Sẽtẽtia.

Ratione quidem, cum Balſami plantarum ſpecies ad Mundi complementum creatas omninò perijſſe fatuum ſit, credere. Vnde M. Oddus lib. de Ther. ſer. 2. c. 2. Michael Doringius l. de opobal. c. primo. Andreas Chioccus in Muſęo Calceolariano. ſec. 5. de Balſamo, & alij, huiuſmodi aſſertionem contra naturalem, Diuinamq; Philoſophiam eſſe profitentur. quum certum ſit ſublunarium rerum ideas, ac ſpecies ſempiternas, & adeo indelebiles eſſe, vt alicubi neceſſario reperiantur, id Anima mundi (de qua Platonicè in meo de Macrocoſmi anima libello) ad ſuarum partium (quæ in Mundi principio illi a Deo aſſignatæ ratione probatur.

fuere) conſeruationem, curante, quæ vniuerſalis natura ſpeciem ipſam, licet ſpeciei indiuidua pereant, deperdi non ſinit. ergo abſque Macrocoſmi diſcrimine Balſami idea, ac ſpecies deperdi nequit. Annè in ipſa prima vniuerſi origine vi benedictionis diuinæ, ſingulas rerum ſpecies, per continuatam, & perpetuam indiuiduorum generationẽ ab interitu vindicandi facultatem Natura recepit? Adeo quidem; vt ſi in quadam regione alicuius ſpeciei omnia indiuidua delerentur, nè tamen iſtius modi plantæ idea, ipſi a Deo concredita deſideraret in terra ſpeciem ſuam, alibi (etiam abſq; ſemine) eandem ſpeciem procreare vniuerſalis Mundi natura cogitur. ſunt igitur creatarum rerum ſpecies indelebiles, ſunt plantarum ſpecies mundo coæuæ, & Balſami plantæ alicubi terrarum ſponte orientes, ad huc viuentes erunt.

Concluſ.

Id ipſum Auctorum quam plurimorum, qui nuper ab hac vita migrarunt, ampliſſimis teſtimonijs, satis probatum mihi videtur, ſi legitimum Opobalſamum ſe habuiſſe aſſeruerint. Quare audite Cardano perbelle reſpondentem Scaligerum. B*alſamum deſijſſe ais. Item ais, paruo eſſe in prætio. Quorum vtrumq; vanum eſt. Nam apud Maximilianum* C*æſarem multum, & non nihil apud patrem meum vidimus ex ipſis allatũ locis puriſſimum. Nec parum apud* Carolum *Sabaudiæ* Ducem *fœliciſſimo ad ingens vulnus cuiuſdam equitis in inguine ſucceſſu, & hæc cicatrix, quæ mihi ſub oculo læuo eſt, vix maximi, periculoſiſſimique vulneris oſtendit veſtigia, non alio, quàm Balſami, auxilio*. Sed pro Cardano quis reſpondere poſſet, ipſum dixiſſe quidem. *Erat & olim Balſamus in prætio.* non tamen inde ſequi. nunc paruo eſſe in prætio, vt male infert caſtigator. quandoquidem ſi non eſt in rerum natura, quomodo poterit eſſe in paruo prętio?

Probatur. Auctorit.

Scaliger.

pro Card.

Nec

Nec Cardanus ex propria ſententia loquutus fuit; ſed quaſi dubitando teſtem adduxit Angerium, apud quẽ fides: licet vera loquutus fuit Angerius, nempè in Ægypto, quam inuiſit, omnia Balſami arbuſta perijſſe, nil de Arabia, quam non vidit referens, quod item Bellonius, Alpinus, & horum tranſcriptores fatentur. Nicolaus autem Monardes, quem repræhendit Cluſius in annotat. vt pro vero Opobalſamo ſuum nigrum Occidentale ſubſtitueret, aduertente id etiam Chiocco loc. cit. Antiquum perijſſe effatus fuit. At impio Kemnicio exactè lib. 2. cap. 9. de Sacram. confirm. Sanctorum Hyeronimi, & Gregorij auctoritate reſpondet Eminent. Card. Bolarminius.

Cluſius. reprehen. Monardẽ

Belarmin

Ad quod etiam confirmandũ accedere ſua auctoritate poterunt ſcriptores celeberrimi, vt P. A. Matthiolus in Dioſc. *Legitimum autem* (inquiens) *Opobalſamum notis omnibus comprobatum vidi tamen ego apud Imperatorem Ferdinandum primum Dominum meum clementiſſimum, à Solimano Turcarum Imperatore dono miſſum quibuſdam cum nonnullis alijs muneribus. Cui ſimile omnino mihi viſum eſt illud, quod anno ſuperiore detulit ad me Tridentum Franciſcus Calceolarius Veronenſis rei medicę admodum peritus. Id ille acceptum referebat Reuerendiſſimo Danieli Barbaro Electo Aquileienſi Patriarcha ad ſuam parandam Theriacam.* Præterea Io. Coſtæus vir doctrina inſignis, ſuper Diacurcumam magnam Meſ. *Opobalſamum*, ait, *licet vix apud ſummos Reges reperiatur, nos ipſi, tamẽ habemus munere Ioſephi Parpallionis nobilis nouarienſis, & Medici præſtantiſſimi ex Cayro, vbi multos egit annos delatum.* Deinde cap. de Balſamæleo id repetit, addens, id omnibus numeris legitimum eſſe balſamum. Doctiſſimus etiam C. Cluſius in ſimplicium cognitione nemini ſecun-

Matthiol.

Io. Coſtæ.

C. Cluſius

dus

dus in annot. ad Monard. *Ego ſanè (inquit) paululum legitimi Opobalſami habeo ex munere nobiliſſimi Baronis Dauidis ab Vngnad Cæſarei apud Turcarum Imperatorem Selimum Solimani F. & Amurathem ipſius N. Legati, quo Conſtantinopoli diſcedens poſt quinquennalem iſtic moram ab ipſomet Amurathe donatus fuerat. deinde pauxillum etiam habui à Generoſiſſimo Barone Eduuardo Zouche Anglo Conſtantinopoli reduce. Mittebat etiam ante paucos anno vir doctiſſimus Ioannes Pona; quod omne amicis imperiÿ.* N. Guib. Nic. Guibertus l. de Balſamo. cap. 4. *Annis proximè elapſis* (inquit) *Meſſanæ in Sicilia noui Gemmarium, qui haud ita pridem Cayro redierat in patriam. Hic Cayri ab alio Gemmario Chriſtiano ingentia vulnera acceperat, quæ pauciſſimis diebus Balſami ſolo auxilio ad cicatricem ita perducta ſunt, vt vix etiam accurate intuentibus aliqua oſtenderent veſtigia. Ab hoc Gemmario inter alia multa, quæ ex Cayro in Siciliam aduexerat: emi ad tres* Braſauol. *vncias Opobalſami, quæ a curatione ſuperfuerāt, quas adhuc in theſauris habeo chariſſimas.* Braſauolus in ſimplic. exam. ſcripſit. *Habeo Opobalſamum ex illo, quod habetur in archiuÿs Illuſt. Alphonſi Ducis Ferrariæ.* Calceol. Pona Berth. Calceolarius, Pona, Berthiolus ſe habuiſſe aſſerunt ad Theriacam conficiendam, nec deſunt alij, qui idem teſtentur; ſed conuocemus, qui plantas ipſas viderunt, manibuſque tractarunt ſuis. accedant ergo oculati teſtes Petrus Bellonius obſeru. lib. 2. c. 39. & Proſper. P. Bellon. P. Alpin. Alpinus, tum libello de Balſamo, tum etiam de Plan. Ægypti capit. 14. quorum ille in Ægypto cultas Balſami plantas inſpexit, & attente conſiderauit, Doring Quadram. Chioccus. hic etiam Venetijs duas Balſami plantas ſe coluiſſe gloriatur. His ſubſcribunt Michael Doringius tract. de Balſamo. Quadramius de Theriaca. Pona lib. de balſamo. Chioccus in Muſeo, & alij.

quibus auctoritatib. ſatis firmata eſt noſtra ſententia, & euidentiſſime conſtat Balſami plantam non modo nō periiſſe, verùm etiam noſtro æuo Italiam vidiſſe, vt antiquitùs in Veſpaſiani Triumpho viſa fuit. & pro Corollario addemus, ſi quando ſemen recens, ſeu carpobalſamum adepti fuerimus, ſperare etiam nos poſſe plantas, cum Honorius Belli Medicus in Creta diligentiſſimus ſatu ſeminis plantulas receperit; ſcripſit autē Epiſt. 5. ad Cluſium. *Balſami ſemen idem eſt cum eo, quo vulgariter vtuntur, ſed ego recentiſſimum accepi, quod Opobalſami odore maximè fragrabat, eiuſdemq; odoris reſina ſicca multis ſeminibus inhærebat; ſed breui tempore odor fere euanuit, ita vt nūc obſcurè ſentiatur. ſemina tamen in ore retenta, leuiterque manſa ſuauem odorem relinquunt Terebintho proximum. Ex his ſeminibus terræ commiſſis, quinque plantulæ mihi natæ ſunt.* — Honorius Belli.

Si ergo Balſami planta non perijt, ſed adhuc vita fruitur, quæremus modo, quale ſit eius natale naturale ſolum, non enim vbique fert omnia tellus. — Quæſt. 11 de patria.

*Vni terrarum Iudeæ conceſſum* (ait Plin. l. 12. c. 25.) *quondam in duobus tantum Hortis, vtroque Regio, altero iugerum xx. non amplius, altero pauciorum, &* l. 16. c. 32. *faſtidit Balſamum alibi naſci*. Cui ſubſcripſit Antonius Paſinus in annotationibus verſionis Dioſcoridis apud Matthiolum. Dum ſcripſit falſum eſſe in Aegypto oriri Balſamum, quia in Iudæa tantum oriebatur, ideo erratum in Dioſcoridis textu, quia Serapio ex Dioſ. tranſcribens Aegypti non meminit, & Plinium quidem ex Theophraſto 9. de Hiſt. plant. cap. 6. deſumpſiſſe patet, vbi refert. *Balſamum in valle Syriæ prouenit. Eius arbuſta duo tantum affirmant, alterum viginti iugerum, alterū multominus.* Plutarcus in Vita Antonij. Dono Cleopatræ datam retulit. *Iudęā* — In Iudea ſolum Plinius Paſinus. Serapio. Theophr. Plutarc.

Bal-

Tacitus Androm. *Balſamiferam.* C. Tacitus l. 5. Hiſt. *in Iudæa Balſamum.* Andromachus in Theriaca.

*& odoribus inclita ſemper,*
*Balſama, qui Syrio mittitur orbe liquor.*

& in eadem Hexametro carmine legitur,
*Quæque Palæſtino de palmite Balsama ſudant.*

Ioſeph. Ioſeph Hebræus de bello iudaico l. 1. cap. 5. & Antiquitatum l. 15. c. 4. circa Hiericontem nec alibi, quàm in Iudæa naſci, tradidit. & Trogus Pompeius apud Iuſtinum Hiſtoricum l. 36. de Iudæa, *incredibile quantùm coaluere opes genti, & vectigalibus Opobalſami creuere, quod in his tantùm Regionibus gignitur,* Hinc Diodorus Siculus rerum antiquarum l. 3. monumentis reliquit, loquens de Arabia deſerta, ſed credibile eſt de Iudæa intelligere. *Naſcitur in quadam eius conualle ad multa Medicis vtile Balſamum maximum vectigal cum nulla orbis pars alia, eam plantam producat.* Solinus agens de Iudæa. *in hac tantum*, inquit, *Balsamus naſcitur*. nec alibi naſci Theophraſtus nouit, id liberè confeſsus, dum *Silueſtre Balſamum*, ait, *nullum vſquam repertum accepimus.* ſed ſolum in Iudæa cultum.

Trogus. Iuſtinus Diodorus. Solinus.

In Ægypto tamen quondam etiam cultum fuiſse Dioſcorides teſtatur, & fallitur Paſinus, quia non ex Serapione Arabe in latinum traducto (qui Dioſcoridem Græcum in Arabicum verſum legit) debet Dioſcoridis textum latinum corrigere, ſed ex Græco, & potius Serapionem ex Dioſcoride, atq; quod in eo deficit ſupplere. Immo Auicenna etiam Arabs è contra nulla facta Iudeæ mentione. *Eſt Arbor*, inquit, *Ægypti naſcens in loco, qui dicitur oculus ſolis tantum.* quam etiam ſententiam Ruellius tribuit Aetio, nempe. *Balſamum naſci in Ægypto prope Heliopolim.* ego tamen hæc in Aetio legere non potui. reperi

Paſinus. Deceptus.

tamen in Symeone Sethi , Græco recentiore, *γίνεται βαλσαμέλαιον πλησίον αἰγύπτου ἐν χώρα πὰρ αἰγυπτίοις μὲν ἡλίου πηγὴ ὀνομαζομένη παρὰ δὲ τῶν παλαιοτέρων ἡλίου πολις. Opobalſamum naſcitur prope Ægyptum in loco ab Ægyptijs dicto Solis fons, ſed ab antiquis Heliopolis, ſeu vrbis ſolis*; ſed Medicum Paſinum non conſuluiſſe Galenum antequam talia ſcriberet , turpe eſt. quem locum Matthiolus iamdiu illi indicauerat. vbi docet triplex eſſe Opobalſamum. In Syria duplex. præſtantius Sagadinum , inferius , quod in alijs Palæſtinæ prędijs colligitur , infimum Ægyptium . cum enim ſub Imperio Romano propagata eſſet Balſami cultura, non amplius in vno, vel duobus hortis colebatur ; ſed in plurimis. *At quum Iudæa potiti ſumus* (inquit Solinus) *ita luci illi propagati ſunt, vt iam nobis latiſſimi colles ſudent Balſama*. ſed Galenum audire præſtabat. *Opobalſamum Syriacum, quod a loco*, inquit, *in quo plurimum, & optimum prouenit, alterum quoq; nomen accepit, Sagadinumq; dicitur cunctis alijs melius, quæ in Paleſtinæ prædijs colliguntur. Quantum verò Falernum vinum eo, quod Caupones vendunt præſtantius eſt, tantum Ægyptio Opobalſamo Sagadinum vocatum antiſtat*. Quæſo ſi paucis ab hinc annis in Ægypto, teſtibus Teueto, Matthiolo, Bellonio, Alpino plurimiſq; alijs, colebatur, cur non Dioſcoridis æuo ? Porrò Balſamum in Ægypto coli cæpit, vel deuictis Iudæis a Romanis, & Fiſco Balſamum ferente , vel à Cleopatra Ægypti Regina, quæ ab Antonio Iudæam Balſamiferam dono acceperat. ita etiam Theuetus ſe audiſſe ab Ægyptijs dicit Arabes ſcriptum reliquiſſe à Cleopatra primum Balmi plantas è Iudæa in Ægiptum translatas, quo tempore vixit Dioſcorides. conſtat ergo Balſamum non in Iudæa tantum, ſed etiam in Ægypto cultura diligenti

Simeon ſethi.

Galenus primo de Antid. c. 4

Galenus

Theuetus

propagatum fuiſſe: Et ſecundũ antiquos eiuſdem ſpeciei eſſe balſamum iudaicum, & ægyptium, tamen cum hortenſes plantæ in Hortis non cultura generentur, ſed é ſilueſtribus in hortos tranlatæ cicurentur. cum etiam Gal. in Timęo doceat omnes plantas hortenſes fuiſſe prius agreſtes. (& licet Theophraſtus Silueſtre Balſamum non nouerit, non tamen negauit reperiri) ob id Silueſtre Balſamum inueſtigandum, & patriam.

ſẽtent ia.

Sentiendum Arabiam fęlicem, & eſſe verè, & propriè Balſamiferam, & proprium ac naturale Balſami ſolum, vbi ſilueſtre ſemper reperitur, modo copioſè etiam in Hortos tranferri ſucci, & lucri cauſa. nec ſponte in Iudeæ Hortis increuit; ſed ex Arabia delatum. cuius illuſtre habemus Ioſephi Hæbrei teſtimonium de antiq; Iudaic. lib. 8. vbi Sabam Reginam (quę 3. Reg. 10. &. 2. Paralip. 9. multa prætioſa Aromata Salomoni attuliſſe dicitur) primam ex Arabia Balſami plantam in Iudæam dono Salomoni attuliſſe, aſſerit, ex qua poſtea Regis diligentia aliæ propagatæ fuere. Ioſephi verba hæc ſunt: *Aiunt etiam, quod Balſami plantam, cuius, & hodie ferax eſt noſtra Regio, illius Reginæ munificentia fieri acceptam oporteat.* ad quam ſententiam roborandam nõ parum Strabonis verba l. 16. Geographiæ conferent. *Et apud Sabæos Thus, & Mirrha, & Cinnamomum naſcitur, in ora etiam Balſamum.* item Pauſanias in Boeticis, ſiue libro 9. *De Viperis verò ijs, quæ in Arabia inter Balſami arbores verſantur, &c.* ex poſterioribus noſtram roborant Sententiam Theuetus tom. 1. lib. 2 cap. 3. Linſcotius par. 2. Indiæ orien. c. 7. ex Arabia fęlici, & Petrus Bellonius lib 2. obſeru. c. 39. qui Balſami plantas viuentes in AEgypto vidit. ſilueſtres in Arabia oriri contra Theophraſtum omnium AEgyptiorum Mer-

Arabia Balſamif.

Ioſeph. Hæbreus

Strabo

Pauſan.

Theuetus
Linſcot.
P. Bellon.

catorum

catorum conſenſu aſſerit. Denique P. Alpinus de Plãtis AEgypti c. 14. & libro proprio de Balſamo. in Arabia ſponte oriri in ſilueſtribus Balſami ſtirpes, & ibi quoq; in hortos transferri, atq; ab Arabia in Ægyptum ſæpe comportari apertè demonſtrat. cui aſſentiuntur modo omnes neoterici ſcriptores. vt Nic. Guibertus libro de Balſamo. Michael Doringius de Opobalſamo cap. 2. Io. Pona libello de balſamo. Euangeliſta Quadramius libro de Theriaca. Georgius Melichius in ſuo Antidotario. Saluator Francionus in ſuo Antidotario. F. Donatus Eremita in ſuo Antidotario l. primo, cap. 10. Andreas Chioccus in Muſęo Calceolariano. Hippolitus Ceccarellus in fine ſui Antidotarij italice vertens Alpini tractatum de Theriaca, & in Electione ſimplicium, vbi deficiente Arabico Opobalſamo ſubſtituit Occidentalę, quæ ſi legiſſet Pona non accuſaſſet Romanos, vt dicentes nigrum Balſamum eſſe legitimum Arabicum. Atq; etiam C. Cluſius in annotat. ad cap. 9. Monardis Alpino conſentit. plurimique alij. Sed in eadem etiam opinione præſtiterant. Ruellius primo de Nat. ſtirp. cap. 35. Matthiolus in Dioſcor. Delecampius in Plinium, Auctor Hiſtoriæ Plantarum, & alij. quorum auctoritate ſatis.

P. Alpinus. N. Guiber. M. Dorig. Io. Pona. E. Qoadr. G. Melich. S. Francio. F. Don Er. A. Chiocc. H. Ceccar. C. Cluſius. Ruellius. Matthiol. Delecamp. H. Plant.

Rationi etiam conſentaneum eſt in Iudęa, & AEgypto Balſami fructices fuiſſe aduenas: namque in duobus tantum hortis colebantur, iiſq; Regijs, & maxima diligentia, & in ſilueſtribus numquam ergo in alia Regione erit ſpontaneum, & ſilueſtre, quum omnis planta, in ſilueſtribus primo oriatur deinde in Hortos translata cultura, ſeu transplantatione, foſſione, potatione, inſitione, &c. cicuretur, miteſcat, & Hortenſis fiat, vt fructus ſilueſtres cultura maiores, molliores, dulcioreſque euadunt, & alteratur quidem na-

Ratione Probatur.

tura, non in aliam transmutatur, erit igitur non Iudæa, ſed Arabia proprie balſamifera dicenda.

Concluſio. Hinc clara eſt concluſio, ſine dubio Balſami naturalem patriam ſemper fuiſſe Arabiam, & ab ea petendum eſſe Opobalſamum, Xilobalſamum, & Carpobalſamum.

Quæſt. III an adferatur. Porró ſi Balſami planta ab orbe non exulat, ſed in Arabia, tum ſponte naſcitur, tum in hortis colitur, ibi copioſe Opobalſamum colligitur. Quæritur adhuc, an ad nos deferatur, & an nos adipiſci queamus.

negatio Plurimas ab cauſas ad nos legitimum Opobalſamum conuehi, multi negaſſe, videntur, inter quas tres potiſſimæ ſunt, nempè paucitas, prætium, adulteria.

Mattiolus Manard. Vercellen. Deſſenius Oddos Stelliola. Et negarunt quidem. Matthiolus, tum in com. in Dioſc. tum Epiſt. lib. 5. de paranda Theriaca. Io. Manardus lib. 6. Epiſt. 3. Franc. Alexandri Vercellenſis in Apolline. Bernard. Deſſenius de comp. Med. Marcus Oddus de Theriaca. Nicolaus Stelliola de Theriaca. & ferè omnes ante patrum noſtrorum ætatem.

parua vindemia. Enim verò ſi parum ab antiquis diligenter colentibus cogebatur, adeo vt Alexander Magnus totam in Horto Balſamifero diem æſtiuam conſumare non fuerit indignatus, vt conchulam Opobalſamo compleret, minns multò nunc, deletis Iudeæ, & AEgypti Balſamiferis Hortis, imminuta Plantarum cultura, colligetur. accedat, quod, nec toto anno fit Opismos, Theophr. ſed Æſtate ſola. vnde Theph. *Collectionem*, *aiunt*, *æſtate fieri tota*; *ſed quod manat multum non eſſe*, *vix .n. tota die concham poſſe impleri*. deinde addit. *impleri ex maiori Horto vaſa ſemichæa duodecim aiunt*, *ex altero verò duo tantum*. nec differt Dioſcorides. Dioſcorid. *Manat è plaga ſuccus*, inquiens, *tam exiguo ſtillatu*,

*vt an-*

*vt annis ſingulis, ne plures quidem, quam ſeni ſepteniuè congij cogantur.* cõfirmat eadem Plinius. *Alexandro magno res ibi gerente toto die æſtiuo vnam concham impleri iuſtum erat: omni verò fœcũditate è maiori horto congios ſenos, minore ſingulos.* Quod, ſi Congium eſt menſura pendens x. circiter libras. paulò plus, vel minus. talis vindemia non tranſcendit 70. libras. licet Serapionis interpres verterit. *Summa verò quod colligitur ex eo omni anno eſt à quinquaginta vſque ad ſeptuaginta rotulorum.* Quæ ſeſquidupla eſt menſura, & tamen parua eſt in totum orbem diſpergenda copia, vt ne principibus quidem Turcarum ſufficeret, nedum pro paranda Theriaca per vniuerſam Europam, & orbem totum. vt optime aduertit F. Donatus in ſuo Antidotario. credibile igitur eſt ob paucitatem ad nos permeare non poſſe.

Plinius

cõgium

Serapio

F. Donat.

Ob pretium verò eiuſdem, idem dicendum. Theoph. *vendi ſincerum*, ait, *argento ad dracmam, reliquum verò pro modo adulterationis.* & Dioſcor. *inibiq; pondus duplo rependitur argento.* idem refert Plinius, & addit. *Millibus denarium ſextarij empti vendente Fiſco, trecenis denarijs veneunt.* & quum mirum ſit, quod millibus denarium emptum fuit, venendi à mercatoribus trecenis. manifeſtatur fraus, & quod quadruplum ad minus augeri debeat pondus; ob id Plinius nullibi manifeſtiorem fraudem exclamat.

prætium magnum

Theoph Dioſcor. Plinius.

At parumper hoc prætium conſideremus, eſt .n. argentum. ſi duplo rependebatur, argento.lib.1.Opobalſami duabus argenti libris. emebatur: quæ aſcendent ad xxii. nummos argenteos, ſeu ſcuta vulgo dicta. & ſi mille denarijs, ſeu dracmis, quæ faciunt centum aureos, emebatur Opobalſami ſextarius. i. lib. 1. & ſemis. erit pretium valde ab illo diſtans, & non argenti duplum; ſed quaſi ſeptuplum, in ſumma ſexaginta

libræ Opobalſami, quæ quolibet anno cogebantur, vel 120. argenti libris vendebantur, ſeu nūmis. 1320. vel vendente Fiſco. ſex millibus aureorum. hoc non eſt magnum vectigal. Quo ergo pacto Iuſtinus Hiſtoricus ſcripſit. *Incredibile quantum coaluere opes genti & vectigalibus Opobalſami creuere*. & Diodorus Siculus. *Balsamum maximum vectigal?*

Adulteria. Profecto plurimi facienda ſunt infinita Opobalſami Adulteria. primus omnium retulit Theophraſtus. *Verum ſincerum ad nos nullum aduehi, ſed quod mixtum colligitur. Pluribus .n. mixtionibus vitiari, quodq; in Grecia venditur ſæpe adulterari*. ſic Galenus primo de Antid. cap. 13. ſe adiſſe loca, ſcripſit, vbi Opobalſamum naſcitur. *ſciens vſque adeo pluribus artibus adulterari, vt internoſci vix queat*. mox ſubdit. *quædam .n. vt dixi, vel nullatenus, vel non exactè ab adulterinis ſecerni queunt. vſque adeo falſis vera ſunt vtrorumque confuſa indicia, vel vt in Opobalſamo*. Hinc multos adulterandi modos Dioſcorides, & Plinius indicauere. Hinc ſcriptores omnes, vt ſyncerum à miſto, verum à falſo internoſcant, tot ſignis, tot modis, tot laboribus experiri ſatagunt. Iure, igitur optimo Matthiolus in Epiſtolis. *Sunt impoſtores*, inquit, *qui legitimum ſe habere Balſamum mentiuntur quod ſi quis expendat, facile comperiet, non modo id eſſe adulterinum; ſed Balſami ne tantillum quidem in ſe continere. Aduertant itaq; Pharmacopœi, ne ab ijs deludantur!* & in com. in Dioſc. hæc narrat. *Cæterum cum mecum ſæpius cogitauerim a tot impoſturis, quæ in dies fiunt, nos cauere non poſſe, non alienum fore duximus; illud in hominum memoriam reuocare, quod ſi vnquam Opobalſamum venale inueniatur, non ematur niſi prius de eo omne fiat periculum, quo clarè cognoſcatur; omnibus ijs præſtare, tum notis, tum fa-*

cultati-

*cultatibus, quæ illi ab auctorib: tribuuntur* in qua etiam ſententia perſtitere plurimi ſcriptores, vt Oddus, Deſſenius, Franciſcus Aleſſandri, Melichius &c. Hinc quam optimo iure, Illuſtre, ac prudentiſſimum Romanum Aromatariorum Collegium de Opobalsamo nuper Romam delato dubitat. ob vile prætium, inter alia, de adulterio cum Plinio ſuſpicatur. decipique in ægrotantium perniciem veretur. quod vt caueat, integritate mea præcognita, omnes eius notas, an antiquorum dictis reſpondeant, vt perpenderem, ac ſententiam meam exererem, admodum efflagitauit. cui morem gerens omnes Opobalſami notas moxmox ſententia mea demontrabo.

Sentiendum modo cenſeo: præ. icta nil obſtare poſſe, quin Opobalſamum luculenter in Europã, & in Italiam præcipuè deferri, ac à diligentioribus haud difficulter haberi queat. ſentẽtia

Quod euidentiſſimum cuique apparebit, qui plurimos copioſo Opobalſamo potitos fuiſſe, cognouerit. ſi etenim alij noſtri habuerunt, cur non nos? Matthiolus ſe iure laudare Theriacam a F. Calceolario Veronæ compoſitam exclamat, quod legitimo confecta eſſet Opobalſamo. factum id a ſeniori Calceolario.70. ab in hinc annis. à Iuniori verò deinceps pluries reiteratum eſt. Hinc anno 1595. Ant. Berthiolus Pharmacopœus exactus Mantuæ Theriacam compoſuit cũ legitimo Opobalſamo approbato ab Excellentſs. Collegio Veronenſi, & alijs doctiſſimis Medicis, vt in Idea Theriacæ Doctiſſimus Iacobus Ferrarius teſtatus eſt. Deinde Io. Pona eodem ſuam Theriacam ditauit Veronæ, vt præter cæteros teſtis fuit Matthias Lobellius. *Legitimo, & ſyncero Opobalſamo, in illa ſua abſolutiſſima, & exquiſitiſſima Theriaces diſpenſatione, teſtimonio Veronenſis Collegij Medici excellentiſſimi*

probatio

F. Calceolarios

Berthiol.

Pona

*approbata vſus eſt, D. Ioannes Pona Veronenſis Pharmacopœus peritiſſimus, cuius mihi copiam fecit amicitiæ ſimbolo*. Ecce alij Pharmacopęi docti, & diligentes in Theriaca conficienda legitimo Opobalſamo vſi ſunt. non mirum ergo ſi accuratus Pharmacopęus Antonius Manfredus nuper Romæ Opobalſamum ſyncerum ſuæ Theriacæ indiderit.

Nec illa præfata capita de paucitate, prætio, & adulterijs ad obſtandum quicq; roboris ſortita ſunt.

Non paucū

Etenim licet primo parum colligeretur, auctis Balſametis copiosè fuit poſtea collectum, vnde Plinius. *Seritq; nunc eam fiſcus, nec vnquam fuit numeroſior, aut præcioſior*. & Solinus. *Quæ ſilua intra terminos viginti iugerum vſq; ad victoriam noſtram fuit. At cum Iudæa potiti ſumus, ita Luci illi propagati ſunt, vt iam nobis latiſſimi colles ſudent Balſama*. quo patet, ſi ex Balſameto viginti iugerum 60. Opobalſami libræ deſumebantur, quantum poſtea latiſſimis Collibus Balſama reſudantibus collectum fuiſſe. At ſi Diodorus, & Iuſtinus loquuntur de Balſamo collrcto ante victoriam Romanorum, vocantes maximum vectigal, & quo opes ſuas creuerint Iudęi. non eſt credibile 60. tantum libras fuiſſe collectas, ſed eſſe verba Mercatorum, vt charius venderent, parum colligi dicentium. Theoph. enim ex quo Dioſc. & Plinius hæc deſumpſiſſe apparet ex aliorum ſententia loquitur dicens ſæpè. *aiunt*. ergo verba Mercatorum.

Plinius. Solinus

Mercatorū Fraus.

Sed deletos eſſe Iudeæ Hortos, Ægypti Hortos, nec amplius Syriæ, nec Paleſtinę Colles Balſama ſudare dices. concedam tibi libenter. ſed in Arabia proprio, & naturali ſolo, ſponte ortæ ſtirpes dant ſponte ſuccum ſuum. ibiq; latiſſimi Colles ſudant Balſama. & ibi fiſcus ſerit. nec vnquam in Arabia, numeroſior, & amplior Balſami cultura fuit, vnde vindemiam ſucci

am-

ampliorem etiam eſſe, non negandum, nec ſine oculatorum virorum teſtimonio hæc refero. affirmauit.n. Alpinus in Arabia fœlici Ciuitatem eſſe primariam Meccha dictam, ab ipſaq; alteram Medinam vocatam itinere octo dierum diſtantem, in qua ſepulcrum Mahemetis eſt. ad quod ſingulis annis ex Ægypto 12. vel 15. millia peregrinorum ſe conferunt, ſacrificaturi, & Holocauſtum oblaturi. his præficitur Dux quidam, qui trecentorum militum præſidio illos omnes peregrinos Meccham, Medinamq; conducat, & mox Cayrum reducat incolumes ab Arabum iniuria. Mecchæ verò, quę Turcarum imperio non omnino obedit, præeſt quidam Arabum princeps, quem Seriph appellant, qui Regi Turcarum dono remittit ſingulis annis quadringentas petias lineas indicas ſubtiliſſimas, mittit etiam Opobalſami tres, quatuorue libras, & Præfecto Cayri libram, atq; Hamirago Peregrinorum ſemi libram, & alijs Hamirag Damaſci, & Arabiæ donat parum Opobalſami, in medio verò itinere, quod redeundo conficitur Mons eſt arenoſus, in quo multas Balſami plantas viuere affirmant, quas miraculo Mahemetis in ſterili illo Monte natas aſſerunt, ſcito etiam ibi a Seripho Opobalſamum ſolere locari, ſoluique, vt audiuit Alpinus, aliquot millia aureorum in ſingulis annis, & qui habent ab ipſo conductum, quibus volunt, vendunt Opobalſamum. ex quibus Alpini verbis colligimus, in Arabia nunc Opobalſamum curioſè cogi. nam ſi Vectigal aliquornm millium aureorum Seriphio quolibet anno ſoluitur; ſi cōductor facultatem vendendi Opobalſamum peregrinis obtinet. & quia ibi forte nullæ aliæ ſunt Merces emendæ. pauci erunt ex 15. millibus peregrinorum, qui aliquam Opobalſami portiucŭlam non emant. quod non accideret, niſi in magna copia colligeretur. patet tandem falſum eſſe

Balſamum ex Arabia.

In Arabia Balſamū copioſum

concluſio

ob paucitatem ad nos non aduehi.

prætium

Nec Opobalſami prætium eſt abſurdum, licet ibi duplo rependeretur argento; perpendamus Moſchi, Ambrę,& Zibethi prætia; prætiũ Styracis in lacrima; nõné decuplo argento væneunt? non tamen ob immenſum prætium deferre deſinunt Mercatores.

Adulteria.

Opobalſami Adulteria concedo omnia, & plura etiam, quæ nil aliud efficiunt, niſi vt cauti ſimus, ne decipiamur. Oddus autem, *adnotandum*, ait in Theriaca, *ab impoſtoribus artificialem quendam ſuccum vaſis vitreis inſtillatum parari, qui niſi vt aurum examinetur, ſine dubio à pleriſq; vt ſyncerus, ac optimus exiſtimatur, is .n. validi eſt odoris, non ad acorem vergens, dilui facilis, læuis, adſtingens, ac guſtu modicè mordens, nitidus, ac clarus; quæ omnia liquori Balſami Dioſcorides tribuit, ſed ſi ipſum in laneam veſtem fundas maculam quidem facit, & ſi abluatur, notam relinquit, inhæret item, & lac inſtillatum nequaquam coagulat, & in aqua aut lacte tardiſſime, aut numquam liquatur, caloreq; ſub obſcuratur: ad hæc olei quoque modo innatat ſe conuoluens, aut in ſtellæ modum diffundens, quæ quidem omnia ſyncero Balſami liquori nullo pacto ſunt*. Cum autem certum ſit Opobalſamum pluribus adulterari modis, & multa ad inuenta eſſe experimenta ad ſyncerum cognoſcendum. non facit hoc quo minus ſyncerum afferatur, ſed vt internoſcatur.

Concluſio.

Concludendum igitur nos habere poſſe ſufficiens Opobalſamum ad Theriacam parandam, quia nihil obſtat, & alij diligentes pharmacopęi habuerunt.

Quæſt. v. deſignis.

Quibus præpoſitis quærendum erit, an per certas notas legitimum Opobalſamum dignoſci queat. Negarunt aliqui. adeo .n. effingi ab impoſtoribus ſolet, vt nullo pacto dignoſcatur. afferunt Gal. primo de Antid.

cap. 13.

cap. 13. ſcribentem. *Quædam vel nullatenus, vel non exactè ab adulterinis ſecerni queunt, vſq; adeò falſis vera ſunt vtrorumque confuſa indicia, velut in Opobalſamo.*

Sentiendum tamen dari notas, per quas ſyncerum à permixto; adulteratum a legitimo dignoſcatur; nec Galenus negauit, ſed paulo ante dixerat *vix dignoſci*. illud autem *vix* dicit difficultatem, non impoſſibilitatem. nos ea ad x. capita reducemus, ita vt ſigna Opobalſami legitimi, & puri, deſumi poſſe dicamus, ab Ætate, à ſubſtantia, a colore, ab odore, a ſapore, a tactu, ab actionib. a paſſione, ab aqua, & ab igne.

ſentẽtia

Concluſio

Si quæretis, quid ætas Opobalſami indicet, an purum, vel non purum? an adulteratum, vel ſyncerum? dicet aliquis, nullum ex his indicare valet, nil ergo valet.

Quæſt. vi. Ætas

Sentiendum ætatem plurimum facere ad bonitatem Opobalſami inueſtigandam. tum ad notitiam perfecti, tum ad notarum verificationem; etenim Dioſcor. recens elegit, & hoc inter primas conditiones numerauit: ergo omnes optimi notæ recenti Opobalſamo tribuendæ ſunt. & ſi aliqua defecerit, vel non recens, vel ſpurium erit. ἔστι δὲ ὀπὸς καλὸς ὁ πρόσφατος. *eſt autem ſuccus bonus, qui recens collectus*, ait Dioſcorides. ratio eſt, quia, vt ſubdit τῷ μέντοι χρόνῳ καὶ ὁ ἄκρατος παχυνόμενος, ἑαυτοῦ χείρων γίνεται. *Quin & tempore craſſeſcens ſyncerum ſe ipſo fit deterior.* ſic Plinius *peior craſſus, peſſimus niger, quippe vt Oleum seneſcit.*

negatio

ſententia.

Statuendum item optimum Opobalſamum eſſe recens, proinde omnibus notis reſpondere fas eſſe. non tamen ſequitur ſeneſcens Opobalſamum non eſſe Opobalſamum. etenim inueterato aliquæ deſunt bonitatis notæ, veluti tenuitas, quia craſſeſcit, hinc pereunt

ſententia.

tenuitatis effectus, vt facilis dilutio, abſterſio à pannis, odor validus, color conſuetus, & mox dicenda. cauti ergo eſſe debemus in proferendo iudicio de Balſamo, ne vetus pronunciemus eſſe adulteratum, ſed vt verè ſe res habet iudicemus.

quale dicatur recẽs

Sed præſtat determinare quale ſit recens, quale vetus, & quale medium, in quo non diſſentiam ab Alpino expertiſſimo, cui ſubſcribũt, Guibertus, Doringius, & Pona. is igitur tract. de Balſamo. 4. cap. *Tot etiam mutationes*, inquit, *in perſpicuitate, ſubſtantia, odore, leuitate, eius varias ætates facere, alias dictum eſt. quando Opobalſamum recenter eductum per quinquennium turbidum maneat a quo tempore clareſcere incipit, per decenniumq; ferè ipſum clariſſimum, & vt aurum ſplendeſcere obſeruatur: ſeneſcens turbidum rurſus euadit. a ſtipite etiam ſtatim exceptum tenuiſſimum eſt. pauloq; poſt parum craſſeſit, atq; hinc Strabo dixit, ſuſceptum in conchis coagulari, peractoq; quinquennio, quod tempus pueritiæ datur, purgatur foecemq; in fundum vaſis deponit, tenuiſſimumq; fit, & totidem geminatis peractis annis ſeneſcens craſſum, craſſiuſq; eſt, quo annoſius.* ſtatuendum igitur recens ſimpliciter dici ad quintum vſq; annum. Recens autem lato modo, ſeu medium ad decennium, vetus ad vigeſimum non tamen ineptum ad Antidota; ſed non reſpondens optimi notis omnibus, ſemper intelligendo, ſi rectè ſeruatum fuerit. interim irridendus erit Andernacus, alioquin vir doctiſſimus, qui biennio Opobalſamum vires ſuas amittere ſcripſerit.

conclusio

Concludendum AEtatem plurimi faciendam eſſe ad Opobalſami notarum verificationem, cum recenti omnia debeant ineſſe, Antiquato nequaquam.

Corollariũ

Hic pro Corollario addemus ad notarum Opobalſami verificationem, nec ſolam ætatem ſufficere, nam

a patria.

locus

locus Natalis, non paruam inducere poteſt diuerſitatem. vnde Gal. teſtatum reliquit loc. cit. *quantum Falernum vinum eo, quod caupones vendunt præſtantius eſt; tantum Ægyptio Opobalſamo Sagadinum vocatum antiſtat.* Sed Galenus alioqui loquax, & multus in hoc defecit, quia differentiam inter vtrũq; Opobalſamum non docuit, quę nempe qualitas erat diminuta, quæ tranſmutata, quę ue ablata; ſed quid Arabicum à Syriaco differat nemo docuit: differre tamen credendum. forte perfectum, quod in ſolo patrio oritur?

Aduertendum etiam diuerſitatem plantarum diuerſum Opobalſamum gignere, vt vites diuerſæ diuerſum faciunt vinum, ſiquidem tria Balſami genera attulit Plinius. Eutheriſton, Trachyn, Eumecen. & primum locum Trachy, ſecundum Eumecæ, tertium Eutheriſto tribuit. quorum Dioſcorides mentionem non facit, niſi Theriſti. Nec non Aduertendum ſcripſiſſe Plinium. *ex omni inciſura maxime probatur, quod ante ſemen fluxit.* quare tempus facit non paruam varietatem. Deniq; ſupponendum eſt alias eſſe qualitates Opobalſami è planta ſilueſtri, & inculta, alias vero ex hortenſi, & ſępius potata, vt ex vite ſilueſtri, & Hortenſi diuerſum vinum. cum hæc Vuam dulcem, illa autem lambruſcam producat. equidem crederem è ſilueſtri Balſamo manare ſuccum amariorem, auſteriorẽ, odoratiorem, & craſſiorem: addam etiam aeris conſtitutionem variare poſſe qualitates Opobalſami, vt nos quot annis obſeruamus ab ijſdem vitibus diuerſa vina.

Sed ne hoc Quæſitum gratis propoſitum iudicetis ad Opobalſamum ſub iudice poſitum erit transferendum. quare dicimus, cum hoc recens ſimpliciter à nobis fuerit determinatum, huic ad amuſſim omnia Optimi

a plantis

a tempore

a cultura

ab aeris conſtitutione

applicatio

Opo-

Opobalſami ſigna debere ineſſe. attẽto ſolum, quod ſit Arabicum, non Iudaicum.

Quæſt. vii. ſynceritas

Quum in ſubſtantia Opobalſami plurima exiſtentia conſiderent Auctores, claritatis gratia ad quinque ea reducam, ad Puritatem nempè, tenuitatem, leuitatem, pinguedinem, & adhærentiam. & de ipſius puritate primo erit ſermo noſter.

Dioſcorides Opobalſamum elegit, purum, & ſyncerum. ſcribens. εἰλικρινὲς. eo quod miſtione alterabatur, & rarò ſyncerum aduehebatur. ideo conari debemus, vt ſyncerum adipiſcamur.

negatio.

Impoſſibile videtur Syncero potiri, quum etiam Salomonis ęuo adulteraretur. ſcripſit .n. *ſicut Balſamum non mixtum odor meus.* quod ſi ipſe in Horto Regio Balſamum à Regina Saba dono acceptum ſeuit. quis miſcuit? an ipſius ſerui falſificabant? non eſt credibile. quare alibi collectum in iudæm mixtum adferebatur, vt induſtrie ex hoc infert Pona. circumferebatur ergo in Iudæa Balſamum non ſyncerum. Nec in Græciam ſyncerum ferebatur; nam de hoc conquæritur Theophraſtus. nec Romam ad ferebatur purum. *quippe millibus denarium ſextarij empti vendente fiſco, trecenis denarijs vaneunt, in tantum expedit augere liquorem.* ex quo diminuto prætio innoteſcit fraus. quomodo nunc per Turcarum manus tranſiens ad nos ſyncerum afferetur?

cõfirmatio.

Adde infinitas eſſe adulterij materias, ſigna certa nulla; Dioſcorides. *Therebinthi, cypri, lentiſci, balani vnguento; item suſino, metopio, melle, aut Cypria cera liquida.* & Plinius. *Adulteratur ſeminis ſucco vtxq; maleficium deprehenditur guſtu amariore. Vitiatur, & oleo Roſæ, cyperi, lentiſci, balani, Therebinthi, Mirthi, reſina, galbano. cera cypria, prout queq; res fuit. nequiſſimè autem gummi.* Deniq; Galenus.

*didici*

*didici quoq; ait, quo pacto multis modis adulteratum peritiſſimos etiam quoſque falleret. quam rem, qui ſciunt, diuulgare non conſulo, ne obiter improbi fraudes diſcant, & in malos vſus conuertant*. Quæ Galeni ſcientia nullam nobis affert vtilitatem, qui notas non adulterati nos docere non vult.

Sentiẽdum Opobalſamum ſyncerum dignoſci facile poſſe, teſte Dioſcoride, ex ſignis traditis, nempe ex facili liquatione, & lacteſcentia in aqua; nam vitiatus olei modo innatat, ſe conuoluens, aut in ſtellæ modũ diffundens. ex facili lotura a pannis nullam relinquendo maculam. & Plinius. guſtu amariore cognoſci ſcripſit adulteratum ſeminis ſui ſucco. Gummi admiſto licet manui inuersę in hęreſcat, & in aqua ſidat; tamen guſtu deprehenditur, & addita fragili cruſta. Quod verò cera, reſinaq; adulteratum eſt carbone cognoſcitur nigridiori flamma. Melle mutatum ſtatim contrahit Muſcas. præterea oleis adulteratum Olei modo innatat. ſi Metopio vitiatum eſt circulo lacteo cingitur. Galenus etiam loco cit. *ſiquis igitur probationes a Dioſcoride ſcriptas, & ab alijs agnoſcendis ſimplicibus medicinis admoueat, ipſeq; ſuum ex multa inſpectione collectum iudicium adhibeat, exacte quecumq; ſecerni poſſunt diſtinguet.* — ſententia

Fruſtra igitur quærerent omnes ſyncerum, ſi non adfertur. fruſtra ſigna Auctores docerent: ſi inualida eſſent. falſa omnia ſigna, si nuſpiam ſyncerum appareret. incredibile eſt Arabiæ Regem Adulteratum Regi Turcarum dono mittere, nec eſt credibile Turcarum Regem Principum Oratores Opobalſamo adulterato, tamquam re prætioſa, donare. erit ergo reperibile, emptibile, & cognoſcibile (vt ita dicam) ſyncerum Opobalſamum. — cõcluſio.

At examinãdum a nobis Opobalſamum, erit nè ſyn- — applicatio.

cerum? omnino. quoniam non contrahit Muſcas. ergo ſine Melle. nigram flammam non edit incenſum. ergo ſine Cera, & Reſina. in aqua circulo lacteo non cingitur. ergo abſq; Metopio. nulla apparet fragilis cruſta, ergo ſine gummi. non eſt guſtu amariore. ergo ſine ſeminis ſui ſucco. Nec olei modo innatat aquæ. ſe conuoluens, aut ſtellarum in modum diffundens. ergo ſine mixtura Oleorum, & vnguentorum. igitur ſyncerum nequaquam adulteratum eſt. & ſynceri omnes alias notas poſſidere infra patebit.

Quæſt. viii. Quod autẽ Dioſcorides ſyncerum intellexerit odorem. Q. 16. docebimus.

Ad ſubſtantiæ aliam qualitatem trãſeuntes *tenuis* à Plinio eligitur. Galenus item 4. de comp. med. ſecundũ loc. cap. 5. tenue cõmendauit. pariter Symeõ Sethi, *dum ſuccus*, ait, *vaſculis excipitur, eius quod ſupernatat album, & tenue* (λεπτομερὲς) *præcioſius eſt.* — tenuitas.

ſnegatio. Contra Plinius ipſe, dum recens eſt, & optimum *craſſiori ſimilis Oleo*. Strabo autem. *ſuccum*, inquit, *in vaſis ſuſcipiunt tenaci lacti perſimilem*, & Simeon citatus. *ſuccus inde manat omni oleo viſu ſimilis, quod ideo* βαλσαμέλαιον. *i. Balſami oleum nominatur*. Queres modo, qua ratione Oleo Craſſo, & lacti tenaci ſimile eſſe poteſt, & ſimul tenue?

ſententia. Sentiendum ſecundum ætatem variari conſiſtentiam; ita vt craſſities, vel tenuitas indicent ætatem. non autem ſinceritatem, vel adulterium. quum recens tenuius, ſeneſcens craſſius, tandem craſſiſſimum, & cõgelatum reddatur. nec id ſolus Alpinus, & ſequaces aſſerunt; ſed ab antiquis colligitur, Ex Dioſcoride quidem, cum tempore craſſeſcere ait, ex Plinio etiam cum, ſeneſcere, vt Oleum, & craſſum fieri affirmat. quare ſi ſeneſcens in craſſatur, quo diſtabit à ſenectute, minus craſſum erit. vnde reſpondendum Opobal-

ſamum non dici ſimpliciter tenue ; ſed comparatiue ad ſe ipſum:quoniam ſeneſcens craſſeſcit. tenue ergo intelligetur minus craſſum,&,ſi, quando dicitur tenue oleo craſſo eſt ſimile, quod tamen liquidum eſt, & facile mouetur, ac fluit. ſenio confectum difficulter mobile, vel omnino congelatum erit, & tale craſſum vocabitur. aduertendum tamen tenue differre à turbido; nam hoc ad colorem, illud ad ſubſtantiam refertur. Alpinus autem obſeruauit per quinquennium turbidum manere, ad decennium clariſſimum fieri depoſita foece, & vt aurum ſplendens conſpici, poſtea iterum turbidum, craſſumq; fieri.

Quibus poſitis concludam ſycerum ipſum dici tenue cum termino alieno continetur, & fluit, craſſum verò cum non amplius fluit. cōcluſio.

Opobalſamum autem in quæſtione poſitum quoniam recens, tenue eſt, facile aqua diſſoluitur, fluit veluti lac tenax, & oleo craſſo aſſim ilatur. applicatio.

Altera modo inſurgit non parui facienda dubitatio. quæ ſcilicet leuitas in Opobalſamo ſit deſideranda. nā leue debere eſſe in Dioſcoride Ruellius, & Hermolaus vertere. & pondere leue Pona, & Guibertus interpretantur; *leuis diluiq; facilis*, (inquit Guibertus) *q; nota eo inſtillato in aqua, vel lacte dignoſcetur: leuis enim extabit, & vel nihil ſub aqua morabitur, vel parum, & quaſi continuò, & ſupra eam ſurſum aſſurget, in qua cito diluitur, vel liquatur.* Quæſt. ix. Leuitas

Contra dicendum hos doctos viros Dioſcoridis textum lègiſſe ſine perſpicilijs, quum diphtongum non animaduerterint: non enim ſcriptum eſt *leuis*; ſed *læuis*. vt non de pondere; ſed de ſuperficie loquatur Dioſ. & Plinius *lenem* dixit. in quorum errorem etiam incidiſſe conſtat Delecampium; qui adnotat in Plinii margine. quaſi varietatem à Dioſ. cum Plinius *lenem*, negatis.

Dieſc., *leuem* dixerit. ſed doctiſſimus vir fuit deceptus, quia læuis, & lenis idem eſt.

ſententia

Sentiendum Auctores non determinaſſe, an Opobalſamum ſit ſimpliciter graue, vel leue. quia illi vtrumq; ineſt diuerſis modis, diuerſis temporibus. & recens, graue, & leue experimur, ſicut vetus. petit .n. fundum, tũ aſcendit, & iterum ad ima deſcendit, & ſidit, quod quomodo fiat poſtea explicabimus. licet .n. ad pondus leue, vt oleum debeat eſſe, & aquæ vt leue innatet, quum tamen Antiqui de hac leuitate verbum explicite non faciant, nos tacemus.

Quæſt. x. læuitas.

Sed Opobalſamum debere eſſe *læue* ( λεῖος Dioſcor. quod Marcellus *læuorem habeat*. Plinius *lenem* dixit) conſtat, quæ verò ſit iſta læuitas nõ planè conſtat. profecto lenitas eſt qualitas oppoſita aſperitati, ad ſuperficiẽ ſpectans, quæ manib. & tactu percipitur, erit ergo molle, lene, nequaquam tactu aſperum.

oppoſitio

Contra, huiuſmodi qualitas in oleoſa ſubſtantia inepte additur, quia ſi oleum natura ſua facit alia lenia & vbicumq; leuorem inducit, ſuperfluum eſt, id illi tribuere tamquam ſignum non adulterati, quouis .n. modo adulteratum, quouis oleo, quouis vnguento, ſemper læue erit. nec ab aliquo relatum eſt, Adulteratum eſſe aſperum.

explicatio

Quare cum multa per translationem læuia dicantur, veluti etiam odor, & ſapor, Vnde pocula læuia, frons læuis, &c. Virgilio, & alijs dicuntur, quæremus læuitatis huius ſpecificationem.

ſententia.

Sentiendum, licet hoc neminem aduertiſſe cognouerimus. Plinium, & Dioſcoridem voluiſſe mite, blandum, lene, ſeu læue, nequaq; aſperum, & ingratum ſapore, & guſtu percipi. quod ex conſtructione ſermonis Pliniani ſerio conſiderata, euidens futurum ſpero. loquens .n. de adulterato ſui ſeminis ſucco, ait.

*Vixq;*

*Vixq; maleficium deprehēditur guſtu amariore, eſſe n. debet lenis, non ſubacidus odore, tantum auſterus.* vbi patet ſenſũ eſſe, quod debeat eſſe læuiter amarus guſtus, non amarior conſueto, per verbum enim comparatiuum.i. plus amarum, indicatur leniter amarum eſſe ſyncerum, amarius adulteratum. ſuccus ergo Balſami minimum auſterus, parum amarus, nec etiam odore ſubacidus. quia guſtui nequaquam eſt ingratus. lenis; & læuis guſtu recte dicetur à Plinio. At, eundē etiã ſenſũ apud Dioſcoridem inuenimus. cum ſcripſit. *non ad acorem vergens, ευδιαιτος, lęuis, aſtringens, ac modice mordens linguam.* nonne videmus continuatã eſſe ſententiã de ſapore? ſapore non acidus, ſapore ευδιαιτος, ſapore lenis, ſapore aſtringens, & ſapore modice mordens. illud autem ευδιαιτος ſi cum Ruellio vertemus *pellucidum* ad colorem pertineret, & inepte Dioſcorides poſuiſſet colorem inter ſaporem acidum, & aſtringentem; ſed Plinium (ſuo more) imitari voluiſſe videtur Ruellius, dicentem lacrimam translucidam. ſed malè; quia Plinius loquitur de Veteri lacrima, quæ *dureſcit è translucido*. Dioſcor. autem de ſucco recenti, cui non conuenit eſſe pellucidum ſed turbidum, craſſo oleo ſimile. ſi, ac ſi Græce ευδιαυγος eſſet ſcriptum, *ſerenum* cum veteri interprete dixerimus. nullum habere ſenſum dixit Marcellus Virgilius. ſed puritatem videtur denotare, vt in aere ſereno. & ſenſus non differet à pellucido. ſi verò cum Marcello, qui *citiſſime penetret*. ad guſtum poteſt pertinere; nam ob tenues partes cito penetrare valet, & continuatus erit ſermo de ſapore. ſi cum Serapione. *velocis reſolutionis* quaſi ευδιάλυτος legeretur, intelligetur etiam de ſapore, qui ob tenues partes, facile reſoluatur. Deniq; ſi cum Gonpylo, Saraceno, & aliis *dilui facile* quaſi ευδιετος. interpretabimur, ſi ad

ſaporem, qui facile penetret, reſoluatur, vel dilua-tur, bene erit, & continuatus erit ſermo. Dioſc. ſin de dilutione in aqua, erit interruptus. certum quidem eſt, vocem ἐνδιαιτεῖς in vulgatis codicibus poſitam plurimum vexare interpretes.

Concluſio

Concludemus leuitatem, ſeu lenitatem, quam in Opobalſamo deſiderant veteres, a recentioribus non animaduerſam, ad ſaporem pertinere.

applicatio

Sed age deguſtemus hoc noſtrum Opobalſamum certè lene eſt guſtu, nullo ſapore moleſto, leuiter amarum, leniter aſtringens, leniterque linguam mordicans. ſapor penetrans. qui tamen facile reſoluitur, ac diluitur.

Quæſt. xi pinguis

Occurrit nunc in opobalſamo conſideranda pinguedo; nam *pingue* à Plinio laudatur: ſed dices an adeſt Opobalſamum non pingue, emaciatum, extenuatum?

oppoſitio ſententia

Sentiendum Opobalſamum vetus eſſe craſſum, durum, proinde non pingue, non inficiens manus, ſic Mirrha optima, Styrax, Thus, Galbanum, pinguia à Dioſcoride laudantur. ſic Meſues c. de oleo Balſami ait, *Lacrimæ pingues deſtillant ipſius Balſami pinguedo*. quaſi omne Opobalſamum nihil aliud, quam pinguedo ſit. cognoſcetur autem non pingue, vel quia non facile ardet. vel quia manui non adhæret, nec tenaci lacti ſimile. oleo enim admixto non adhæret manibus, nec facile ardet. ſed alia ſunt viſcida, tenacia, & manui adhærent pertinaciſſime, non tamen pinguia vocantur.

dignatur.

Concluſio.

Concludendum ergo Opobalſamum omne eſſe pingue; ſed recens maxime pingue, & aduri facile. vetus minus pingue. & pinguedinem ignis pabulum differre ab adhærentia, & tenacitate.

applicatio

Noſtrum Opobalſamum facillime vritur, ſtatimq;

ardet ferrum eo inunctum, vt ſæpiſſime ſum expertus. quòd oleo aliquo illico non ſuccedit.

Quæretis ſtatim, an Opobalſamum debeat adhærere. Nam adhærentia Opobalſami vitium ipſius eſſe conſtat. primo quia debet eſſe dilui facilis iſte ſuccus, quod nequaquam accideret ſi adhærentiam haberet, ſecundo, quia pannis adhærere haud debet. *Namq; merus* (ait Dioſcorides) *in laneam veſtem fuſus, neque maculam facit, neq; ſi eluatur notam relinquit, vitiatus autem inhæret.* At contra Plinius. Optimum inhærere vult. cum ſcripſerit. *Vitiatur nequiſſimè gummi, quoniam ipſum quoque inhæreſcit manu inuerſa debet ſyncerum inhæreſcere.* quę eſt inter hos viros contradictio manifeſta. Quæſt. xii. adhærẽtia. negatio cõſideratio

Sentiendum, vt viſcidum debere inhærere manui, & cuicumq; rei: etenim ex Strabone, tenaci lacti perſimile eſt, ergo, vt tenax cuilibet rei adhærere: vnde ſyncerum, vti pingue, & viſcidum, minuſq: fluxile, manui etiam inuerſæ adhæret, nec cadit, vt oleum guttatim. diſtinguendum tamen, aliud eſſe inhærere manui, aliud verò Veſti, vt ablui ab ea nequeat, & poſt ablutionem an macula hæreat, & permaneat. Plinius loquutus eſt de proprie dicta adhęſione ob viſciditatẽ. Dioſcorides de permanentia maculæ poſt ablutionem, vt infra Quæſt. 21. explicabitur. non autem, quòd ſua ſubſtantia tenaci non hæreat panno. nulla ergo contradictio. ſentẽtia ſoluitur contradictio

Concludendum cum Plinio optimum Opobalſamum adhærere pertinaciter quibuſuis rebus occurrentibus. concluſio

Quo ſigno noſtri Opobalſami ſynceritas eſt clariſſima: ſtilo enim ferreo, vel ligneo, etiam in aqua liquatum adhæreſcit adeo, vt vix ſeparari queat, labiis invnctum, vel lingua deguſtante leuiter tactis adhæren- applicatio.

tia, & viſciditas maxima ſentitur. vnde non miror, ſi vulnera ſimplicia adeo facile eo conſolidentur.

Quæſt. xiii

Cõnectitur ſuperiori alia quæſtio. de illo Plinij experimento, quando talia adnotauit. *Nequiſſime autem gummi, quoniam ipſum quoque inhæreſcit manu inuerſa, & ſidit, quæ probatio eius gemina eſt, debet ſyncerum, & inhæreſcere; ſed hoc & gummi addita fragili cruſta euenit.* cum geminæ probationis mentionem faciat, quod hæreat, & quod ſideat. vtrumque explet Opobalſamum adulteratum Gummi: ob grauitatem enim ſidit. ob tenacitatem debet adhærere.

adultera Gummi

oppoſitio

Sed hoc adulterium non videtur nequiſſimum; nam facile cognoſcitur. gũmi.n. cũ ſit natura aqueum Oleo difficillime miſcetur, & miſtum pauco temporis ſpatio fundum petet. nec aliis probationibus ſatisfaciet in aqua, in igne, & quod magis eſt Plinii verba intelligi nequeunt. quid ſibi velit *& gummi addita fragili cruſta euenit?* an ope iſtius fragilis cruſtæ inhæret? vel ſidit? non ſidet in aq. quia fragilis cruſta liqueſceret. ſi eſt *addita*, quomodo additur? ſi gignitur, quanto tempore? an in inſtanti, ſtatim atque manui impoſitum fuit adulteratum opobalſamum ob gummi fragilis cruſta oritur? non credendum.

ſententia

Sentiendum huiuſmodi adulterandi modum eſſe nequiſſimum, quia duo experimenta, quæ ſtatim fieri poſſunt, in eo reſpondent. adulteriumq; facile fieri poteſt, quum gummi aqua liquetur, vt Opobalſamũ & ideo permiſceri poſſint, & Plinij verborũ ſenſus erit. hanc falſitatem cognoſci, tum quadam fragili cruſta, tum guſtu. illa autem fragilis cruſta additur ſeu aduenit ipſi Opobalſamo falſificato, dum diutius manu retentum incaleſcit, vel ab ambiente ſiccatur, vnde breui inſpicitur addita quędam fragilis cruſta ob gummi denſatum, quod Oleo numq; accidit.

Conclu-

Concludamus hoc ſignum de adhærentia manui inuerſæ eſſe fallax: nam adulteratum hoc experimento non dignoſcitur. ergo alijs vtendum. conclusio

Noſtrum Opobalſamum, non poteſt eſſe gummi adulteratum, ditius .n. retentum, vel in manu, vel in aere numq; parit cruſtam. applicatio

Explicatis ijs, quæ ad Opobalſami ſubſtantiam (lato modo loquendo) facere videbantur, deueniendum ad colorem. Quæſt. xiiii de colore.

In Colore Opobalſami determinando non videntur ſibi conſtare ſcriptores. Etenim non vnicum afferunt; ſed plures, vt candidum, lacteum, oleaceum, ſubrubrum, modicè ruffum, aureum, viridem, nigrum &c. quod ſi tot coloribus varians affertur, proprius color aſſignari non poterit. ſed varij. quandoquidem Plinius ſcripſerit primo colligi candidam guttam, tum recondi forma olei craſſioris; rubeſcere autem, & vnà craſſeſcere cum veteraſcit. poſtea ſubdit. *lacrimæ probatio, vt ſit modice ruffa. ſecundus candido color, peior viridis, craßuſq; peſſimus niger. quippe vt oleum ſeneſcit.* Appoſitio

Hic certè hęreo, an defendi poſſit Plinius, qui rationi contraria afferre videtur; nam ex nuper ſuppoſitis patet recens Opobalſamum eſſe perfectiſſimum; ſed recens ex Pl. ipſo eſt candidum. ex Solino lacti ſimile, ex Symeone album præſtantius. ergo albo primũ locum cõuenit. Præterea ſi ex Plinio ſeneſcens rubeſcit, & incraſſatur. qua ratione probat magis lacrimam ruffã ſeneſcentem, quam candidam recentem, & Opobalſamum nigrum vbi ſomniauit? solutio.

Soluemus recta Plinij verborum interpretatione nulli, vt reor, adhuc cognita. Plinius enim vir doctiſſimus nequaquam paucis interpoſitis verbis contradictione adeo manifeſta labi ſolet. nonne dixerat col-

ligi

ligi candidam guttam, & primum colorem eſſe candidum? id ipſum poſtea repetit variatis verbis, verùm ambiguis adeo, vt neq; doctiſſimi viri, Linceiq; perceperint ſenſum. attendite ergo. Oedipus adeſt. *lacrimæ probatio*, inquit, *vt ſit modicè ruffa* & optime dicit, quia depurata eſt, & in vigore conſiſtens, pergit. *ſecundus candido color*. Ruell. l. de Nat. ſtirp. legit. *ſecundus candidi color*, & hic nodus, hic ſcirpus.

sententia

Sentiendum, boni, colorem primum eſſe candidum poſt candidum eſſe ſub ruffum. nempe *ſecundus candido*. i. poſt candidum, ſcilicet vt ſecundus tempore, ita dignitate, qui modus loquendi latinis eſt frequens vt apud Silium lib. 7. 11. *nulli virtute ſecundus*. poſt nullum. apud Ouid. Amor. Eleg. 8. 5. *forma nulli ſecunda*. Apud Plaut. Capt. 5. 45. *Nam ſecundum patrem, tu es pater proximus*. ideſt poſt. apud Ciceronem autem frequentiſſime pro poſt. vt ad Atticum. lib. 3. 16. *ſpem oſtendis ſecundum comitia*, i. poſt comitia. & Ser. Sulp. ad Cicer. lib. 4. 12. 5. a. *Duo vulnera accepiſſe vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem*. i. poſt aurem. ita Plinius hic intelligendus erit. *ſecundus candido color*. i. poſt candidum. quo modo intellectis his verbis nulla aderit contradictio, nulla abſurditas.

probatio

Quodſi Plinius tribuere voluiſſet ſecundum bonitatis gradum Opobalſamo candido, alijs verbis vſus fuiſſet, & dixiſſet, *ſecundo candido colore*, vel *candidi coloris*, vel *ſecunda probatio candidi*, vel *ſecundus color candidus*, vel vt c. de Amomo, de Mirra, & proxime de Xilobalſamo. *ſecunda bonitas*, & cap. de ſphagno. *laus prima*, &c. *ſecunda* item de Brijo *optima*, &c. *ſecunda*. & de Oenanthe *præcipua*, &c. *ſecunda*. & etiam hoc capite de Balſamo *præcipua gratia lacrimæ, ſecunda ſemini, tertia cortici*. & hic eſt Plinii loquen-

di

di modus. At quum ſcribit, *ſecundus candido color,*
loquitur de colore ſecundo: non autem de laude, di- cõfirmatio
gnitate, bonitate, vel præſtantia.
Immo ſi aliter interpretetur hic locus, abſurda lo-
quetur Plinius, quid enim indicat *ſecundus candido*
*color*? nam nullum hæc habent ſenſum, cum non de-
tur color coloris; ſignificaret quippe ſecundum colo-
rem, eſſe candido colori: vel, ſi placet, ſecundum co-
lorem eſſe candido Opobalſamo. quod ridiculum. ne-
que etiam valet, ſi ſubintellexeris ſecundus candido abſurdum
color bonus.
Etenim ita interpretando, falſa diceret Plinius, &
ſibimet contraria. quum conſtet, non afferri poſſe O-
pobalſamum candidum, tunc.n. tantummodo candidũ
ſpectatur, quum ab arbore deſtillat, quem colorem,
teſte Alpino expertiſſimo, citiſſime amittit: & recon-
ditur ipſomet Plinio aſſerente Oleo ſimile, ſeu ſubalbi-
dum, ſubuiride, vel ſubruffum: & hoc eſt recens, &
optimum, & poſt aliquod tempus alium colorem
acquirit, nempe modice ruffum, & minus probum eſt;
ſeneſcens autem rubeſcit, & ineptum redditur: vera i-
gitur loquetur Plinius, ſi dixerit, ruffum colorem eſſe
poſt candidum. non aliter. conclusio
Concludemus textum Plinij hoc ſenſu eſſe intelligẽ-
dum, ac ſi ſcripſerit. *Lacrimæ probatio, vt ſit modicè*
*ruffa, qui ruffus color ſecundus candido eſt*. ſeu poſt dubitatio
candidum ſpectatur.
Sed quid de nigro Plinij Balſamo dicendum? an erit
vere nigrum, quod lactis colore ſtillauit, vt opium,
Scammonium, &c. an vt occidentale nigrum, & for-
ſan id ipſum, vt cenſuit Amatus? Reſponſio
Breuiter reſpondendum, toto cœlo diſtare nigrum
Occidentale ab hoc Plinii, quod in ſuo genere peſſimũ;
non ob colorem tantum, ſed ob alias qualitates, diuer-

ſas. Deinde diſtinguendum eſſe Opobalſamum collectum per opiſmum, & corticis inciſionem, ab eo, quod per decoctionem colligitur. primo enim modo non poteſt eſſe nigrum; ſed obſcurum potius, ſi ſordide fuerit collectum, vel in fine Autumni, cum è contra primo manans ante fructus productionem, preferatur. & Simeon Sethi *eius*, inquit, *quod in vaſis ſupernatat album, & tenue pratioſum, in medio ſubrubrum peius, foex ſubfuſca in fundo peſſima*. & hæc erit Opobalſamum nigrum Plinii. at per decoctionem ſordidius erit, & obſcurius, quem modum docet Meſues. nempe, decoctis Vere ramuſculis, & collecta pinguedine ſupernatante. At certe nigrum, & fumidum erit, ſi per vſtionem, vt iuniperi oleum, fuerit eductum.

**Alpini relatio**

Sed circa Opobalſami colorem Alpini dictis acquieſcendum cenſeo; quippe qui Balſami plantas domi coluit, ſuccumq. collegit, plurimumq; Opobalſami ex Arabia in Ægypto viderit. Hic cap. 4. de Balſamo, refert iuxta ætates varias variari colorem, continuoq; à ſtipite inſtillatum, ac exceptum albo colore conſpici, præſertimq; quod ſupra enatat, velut minus, quod ſub ſidet, qui color pauculo momento in ſubuiridem oleoſum mutatur, qui poſt quinquennium aureus fit, ac demum ſenio confectum craſſeſcens mellis colorem obſcuriorem tamen accipit.

**applicatio**

Sed quid de noſtro Opobalſamo? oleo craſſiori perſimile eſſe, & turbidum declarauit Diligentiſſimum Collegium Romanorum Aromatariorum. Modo ſi recordemini, nos ſtatuiſſe, hoc eſſe recens; agnoſcetis habere recentis colorem, & intra quinquennium non poſſe ſpectari aureo colore; incipit tamen ad ſub ſuffum vergere, & equidem recordor anno biſelapſo Mercatorem quendam ex Alexandria Ægypti Meſſanā attuliſſe magnam Opobalſami copiam, quod vili præ-

tio vendidiſſet, & iter feciſſe Neapolim, & Romam verſus. quod, ſi Opobalſamum examinandum eſt illud ipſum Mercatoris, recens iudicabitur.

Quia ad colorem etiam pertinet opacitas, & perſpicuitas, quæretis, an Opobalſamum debeat eſſe perſpicuum, & pellucidum. Quæſt. xv perſpicui t-

Affirmandum videtur, quia Dioſcorides ſcripſit εὐδιαῖτος, & vetus interpres vertit *ſerenum*, nempe clarum, vt aer ſerenus. & Ruellius *pellucidus*. Plinium imitatus dicentem *è translucido*. & ita placuit Ponæ: immo Gal. 4. de comp. med. loc. cap. 5. *fit*, inquit, *Opobalſamum tenue, & pellucenti compage, non craſſum, quemadmodum ſolet in vaſis circa fundum conſidere, ac ſpiſſari*. affirmatio.

Sentiendum Opobalſamum recens, primæ notę, nō eſſe pellucidum, & perſpicuum; ſed turbidum. quia ex Plinio *craſſiori ſimilis oleo*. ex Alpino intra quinquēnium ſubturbidum. patet id etiam, quia adulterabatur oleis, vnguentis, cera, reſina, gummi, &c. quibus admixtis non poteſt, non eſſe colore ſubturbido. nec Dioſc. nec Plinius optimum, & ſyncerum cognoſci dixere ex colore pellucido. immo ſi translucet vetus eſt, Plinio teſte. *ſimulq. dureſcit e translucido*. ſi ergo translucet, cum dureſcit, ſeneſcens translucet, quia ex Dioſcoride *ſeneſcens craſſeſcit*. ſententia

Reſpondendo autem aliter Sentientibus, dicemus, Dioſc. nequaquā per vocem εὐδιαῖτος, voluiſſe guttam *ſerenam*, vel *pellucidam*. vt ſupra quæſt. x. adnotauimus. ſed potius de ſapore interpretandum eſſe. Plinium vero translucentiam craſſo, veteri, & indurato tribuiſſe. Galenum autem elegiſſe ad medicamentum oculare ſiccum, Opobalſamum mediæ ætatis, quod ex Alpino tenue, ſplendens, & aureum eſt. Vetus craſſum, & tranlucidum. recens vero craſſum, & turbidum. Reſponſio.

concluſio. Concludemus pro ætate variare tranſparentiam. Noſtrum opobalſamum recens adhuc. ergo turbidum.

applicatio Dilucidato Opobalſami colore ad odorem erit deueniendum. de quo mira prædicantur, & non facilia explicatu occurrunt. Etenim Theoph. *Odor eximius,* Quæſt xvi. inquit, *& copioſus, adeo, vt ſubito ſpacium per longum odor valeat permeare.* & Solinus *eximie ſuauitatis gutta.* Dioſcorides, *validi odoris, non ad acorem vergens.* de odore Plinius autem: *ſed omnibus odoribus præfertur Balſamum.* ſic Doringius cum Alpino retulit odore eſſe tam potenti, vt non ſolum multis dolores capitis cõmouerit, verum etiam quibuſdam odoratu ſanguinem è naribus elicuerit. duo igitur referuntur, eſſe odore ſuauiſſimo, & validiſſimo.

ſententia. Sentiendum hoc, noſtro æuo legitimum, & ſyncerũ Opobalſamum non poſſe dici ſuauiſſimum, & validiſſimum, ſed tantum ſuaue. nam habuimus Moſchum, de ſuauitate Ambram, Zibetum, Belzoinum, Nucem miriſticam, Balſamum occidentale, multo ſuauiora, & inter flores, Iaſmini Catalonici, Dipcadi, Narciſſi Iuncifolii hiſpanici, Aranciorum, Hiacinthorum orientaliũ flores, &c. item etiam odore validiori, vt camphorã, ol. lauendulæ, &c. vtrumq. faciam, vt mox vobis clarè occurrat.

Et quod Antiquorum Naſus à noſtro diuerſus fuerit, patet ex vnguentis à Dioſcoride deſcriptis, & à rebus ipſorum naribus ſuauibus, vt Mirrha, Nardus, Schẽnanthus, Galbanum, &c. quare ne quæramus modo in opobalſamo ſuauitatem noſtrarum chyrotecarum: nam noſtra Miropolia multo ſunt ſuauiora Capuanis antiquis, non tamen dicimus ob id, eſſe inſuaue: ſed negamus, modo poſſe dici ſuauiſſimum.

obiectio Dices eſto hoc æuo nobis Opobalſami odor non videatur ſuauiſſimus; ſed ſuauis tantum. Opobalſamũ

examinandum eſt odore reſinaceo, ac Iuniperi, & Therebinthi; vt diligentiſſimum, ac prudentiſſimum Romanorum Aromatariorũ Collegium aduertit. ergo nec dicetur ſuauis.

Reſpondeo ex hoc capite ipſiſſimum Antiquorum, & Arabicum Alpini, & Ponæ Opobalſamum ſignificari. primo. quia Strabo Arborem Balsami. *Terebintho ſimilem* dixit. & Theophraſtus *Fructus*, ait, *ſimilis Terebintho tam magnitudine, quam colore*. ſecundo. quia Alpinus. Arabicum Opobalſamum Thus, & Terebinthum redolere affirmat. quod confirmatur ex eo, quia Plinius, & Dioſcorides adulterari aſſerunt Oleo, vnguentoue Terebinthino, lentiſcino, Reſina, Galbano, &c. nec docent odore diſtingui, ergo odorum aliqua affinitas eſt. tertio. quia Bellonius arborem Lentiſco comparauit, quæ affinis Terebintho eſt. nec abſurdum eſſet dicere Balſamum eſſe Terebinthi ſpeciem, vel è contra. tanta eſt ſimilitudo. hinc Caſpar Bauuhinus in ſpeciebus ſimplicium inueſtigandis mirabilis, poſt Terebinthum, mox de Balſamo agit: immo huius loco illã ſubſtituit. Honorius Belli q̃ſtione prima citatus retulit, ſemina habere ſuauem odorem Terebintho proximum. reſponſio

Quare concludendum Opobalſamum debere eſſe ſuaue; ſed ad Terebinthi odorem vergens. & Pliniũ prætuliſſe omnibus odoribus ſui æui. concluſio

Sentiendum ſecundo. Opobalsamum ad nos allatũ nuſquam valido odore ſentiri, ſed miti, & leni teſtem primo afferam Plinium. *Opobalſamum vocant ſuauitatis eximiæ: ſed tenuis; guttę ploratus parua colligitur &c.* vt vetus codex Manuſcriptus legit. poſteri verò conati Plinium corrigere, potius deprauarunt, alij legentes. *Sed tenui gutta, ploratu parua, &c.* alii verò. *ſed tenui guttæ ploratu parua colligitur in cornua.*

ſententia de valido odore

teſte Delecampio

Plinius

melior autem lectio eſt Antiquior. In qua particula *ſed* eſt coniunctiua ſermonis de odore, & eius differentiã oſtendit, alias eſſet tranſitoria ab odore ad quantitatem, & ſuperflue de quantitate hic loqueretur Plinius, & iterum paucis interpoſitis verbis de parua quantitate ab Alexandro collecta, & de ea q; toto anno colligebatur. illa autem particula *ſed* eſt diminutiua validi. quod innuere etiam videtur Auic. quãdo ait. *ſubtilitas odoris eius*. i. tenuitas: quod non poteſt intelligi de penetratione, ſed de ſubtilitate, ſeu tenuitate odoris. ſecũdo. Theophraſtum etiam ipſum teſtem appellabo, qui ſcripſit quidem copioſum eſſe odorem ad longinqua permeantem; ſed ex aliorum relatione, ſcribens, *affirmant*, ipſe autem olfaciens Opobalſamum in Græciam delatum non percipi illo odore adeo decantato, ſtatim, nulla interpoſita mora, ſubdit. *Verum ſyncerũ ad nos nullum aduehi; ſed quod miſtum colligitur. pluribus enim miſtionibus vitiari. Quodq; in Græcia venditur, ſ pe adulterari*. Semper ex aliorum ſententia loquitur, & reddere rationem conatur, cur Opobalſamum in Græcia nõ tanti odoris ſentiebatur; ſed dixerim, ego non ob miſtionem, vt ſuſpicabatur Theoph. ſed ob ætatem mitioris eſſe odoris, tertio etiam Dioſcoridem adducam teſtem. qui ait. τῇ ὀσμῇ εὔτονος, καὶ εἰλικρινής, καὶ μὴ παροξίζων. Hermolaus *vertit odore vegeto, ac syncero, non ſubacida.* Marcellus, *qui firmo, & ſyncero odore ſit, nec acido ſapore ſentiatur.* Ruellius. *valido odore, ſyncerus, non ad acorem vergens*. ita etiam Goupylus. at Saracenus. *validi odoris, syncerus, non ſub acidus*. nos aduerbum *Odore boni tenoris, ſyncerus, et non ſub acidus*. ita vt tria hæc ad odorem referantur, non odore ſub acidus, odore syncerus, & odore boni tenoris, bonis viribus, nempe in ſuo genere, & id ſignificat εὔτονος, a: non per ſe, ſed per cõparationem dici po-

Teophr.

Dioſcorid.

teſt

teſt validus. ſed Dioſcorides comparauit Opobalſamũ ad alias ſpecies, & dixit in ſuo tenore odoris, in ſuo genere, odore proprio, quod patet, quia ſubiungit, ſyncero. quare optime Hermt laus, & Marcellus Dioſcoridis mentem percepere, non autem alii cum Ruellio. debet enim eſſe odore proprio, ſyncero, & vegeto. Quoniam hoc odore ſyncero, & in ſuo genere valido diſtinguitur à mixto cum aliis oleis, & vnguentis. At ſubdit Dioſc. εὐδιάλυτος, λεῖος, ſecundũ aliquos dilui facilis, lenis. at ex Serapione, *velocis reſolutionis, lene*: erit igitur odor validus quidem, ſed qui facile reſoluitur, & lenis.

**odor ſincero**

Quarto. pro teſte traham etiam Alpinum, qui, quando dixit vali diſſimium eſſe opobalſami odorem, loquebatur de recentiſſimo, dum colligitur, non de alio; nam breui miteſcit odor, ita, vt vigeſimo anno vix fricatione percentiatur; ſed loquatur ipſe, ego tacebo. *Odor*, ait, *non minus*, & *ſapor in recentiſſimo validiſſimus eſt, in medio tempore odor fit ſuauior T bus ac Terrbinthum redolens cum ſuauiori tamen odoris fragrantia, ſapor eſt amarus, ſubacris, atq; adſtringens. demum in ſenio omnia hæc maxime remiſſa percipiuntur. Hincq; Plinium deceptum fuiſſe arbitror, qui putauerit, optimi huius ſucci lacrimam friando percipi odoratam. ſiquidem opobalſamum ſenio ſolummodo confectum inodoratum fit, vt tunc ſolum frictione dignoſci queat*. loquutus eſt Alpinus, loquar modo ego, & Plinium tuebor ab hac iniuria, quam etiam Doringius recoquit. Etenim Plinius ſequitur communem vſum, & conſuetudinem experiundi liquores odoratos, vt Zibethum, Oleum nucis miriſticæ, Olea deſtillata, vnguenta, Mantecam florum aranciorum, iaſmini. &c. nempe gutta ſupra manum fricata, quia tunc calore intenditur odor, & ſi quid aliud fuerit ad-

**Alpinus**

**defenſio Plinii**

**concluſio**

mix-

mixtum ex illa fricatione, cognoſcitur adulteratus odor: nec dixit Plinius non ſentiri odorem, niſi fricatu; ſed probari fricando, quale, & quantum ſit odoratum.

Concludemus Opobalſamum dum colligitur eſſe validi odoris; ſeruatum mediocris, vetus pauciſſimi. potuiſſem addere Neotericorum teſtimonia; ſed ſatis erit N. Stelliola in Theriaca. *ſi velis*, inquit, *cum vehementioribus odoribus Opobalſamum conferre, ſciemus non vehementis odoris apud antiquos fuiſſe.* Ne igitur, quæſo vos, quæramus alium odorem in Opobalſamo, niſi proprium, & ſyncerum, Terebinthi æmulum ſed maiori gratia.

Quæſt xvii. de acore

Sed alia annexa eſt difficultas, an illud *aceſcens* referatur ad odorem, vel ſaporem.

affirmatio

Ad ſaporem referri Marcellus, Hermolaus, & Ruellius in Dioſcoridis textu, vertiſſe videntur, & forte etiam Serapio: nam ſapor dicitur acidus.

ſententia

Sentiendum prædictos non percepiſſe Dioſcoridis mentem, qui continuato ſermone ſemper de odore loquitur, *vegeto odore, ſyncere, non ſub acido*, vituperat autem Dioſcorides odorem ſub acidum Opobalſami; quoniã acidus odor in rebus putreſcere quæ incipiunt, fermentantur, ac ebulliunt internorum ſpirituum vi, percipitur: ideo Chimici, quia ſæpe fermentant aliqua deſtillanda, donec acor odore ſentiatur, vt Quercetanus facit in aqua ardente è Roſis, &c. extrahenda, nobis ſtatim aſſentientur. Nobiſcum eſt Plinius ſcribens: *eſſe enim debet lenis, non ſubacidus odore, tantum auſterus*: nec bene legitur *odore tantum auſterus*, vt quidam codices, quoniam vox *odore* non poteſt iungi cum auſtero; ſed apte cũ ſubacido. ad quod demonſtrandum Galenus erit meus patronus. qui 4. de ſimp. med. f. c. 22. *dicimus enim* ait, *quippiam acidum, acremq; habere odorem; ſed*

Odor ſub acidus

Galenus

au-

*auſterum, acerbum, ſalſum, aut amarum haud etiam dicimus*, deinde id probat. *Videtur autem à corporibus non odoratis, aut omnino paucum defluere, aut quod pro mole ſua ſit im̃oderatũ, ſicut in ijs, quæ exactè tũ ſalſa, tũ acerba sũt. Exacte autẽ cũ tale, aut tale quid dicimus, ſyncerũ, & quãtũ fieri poteſt, alterius qualitatis expers dicimus, ſiquidem craſſa vtriſque eſſentia eſt, & ad hoc acerborum etiam frigida: quare veriſimile eſt, quod ab ijs defluit, paucum eſſe, & craſſum, mole ſua terreum, ac proinde per inſpirationem in cerebrum non incidere*. conſtat igitur Galeni ſententia dici odorem acidum: ſed non odorem auſterum. ergo in Plinio vox *odore* non poterit iungi cum auſtero; ſed cum ſub acido. ſi igitur Plinius dixit Balſami odorem ſubacidum, & Dioſcorides de odore, ſyncero, non ſubacido loquetur: & in hoc etiam Pona recte ſenſit.

Sed audio aliquem dicentem ſupra Quæſt. x. ſapore non acidum interpretaſti, modo negas, & ad odorem refers? obiectio.

Reſpondeo primo, me ibi loqui ſecundum vulgarem interpretum verſionem, & quidem admirabilis fuit Dioſcorides in diſponendis verbis: ab odore enim trãſiens ad ſaporem vocem in medio poſuit amphibiam, odori, & ſapori aptabilem. & vtrique etiam conuenientem, cum, vbi adeſt odor acidus, connectatur etiam ſapor acidus. igitur in Dioſcoride verum erit dicere. *Odore valido, ſincero, non ſubacido*, ſimiliter etiam *ſapore non ſubacido, dilui facili, leui, aſtringente*. Reſponſio.

Deniq; dicemus Opobalſamum examinandum habere odorem legitimi. ergo eſſe tale. applicatio

Et de Odore ſatis nolens cum Pona digladiari de odore Opobalſami. qui accuſat Romanos, ac ſi dixiſſent ſuaue Balſamum nigrum peruuianum, eſſe an-

tiquorum Opobalſamum: ſed Pona hic non meretur recoctam reſponſionem noſtram, quippe ea imponit Romanis, quæ numquam ſomniarunt. verum ei tũ in Antidotario meo, tum libello de ſubſtituto Balſami illi dicato, reſpondi.

Quæ. xviii ſapor

Ad ſaporem peruenimus *στύφων, καὶ δάκνων μετρίως τὴν γλῶσσαν*. ait Dioſ. *aſtringens, & modice mordens linguam*. Plinius. autem *non ſubacidus odore, tantum auſterus*. ſi tantum auſterus. ergo nullo alio ſapore. ergo nequaquam amarus.

ſententia

Sentiendum Opobalſamum eſſe amariuſculum, (& forte ſilueſtre amarius eſt culto.)

Collegimus ex Plinio. qui, *adulteratur*, inquit, *ſeminis ſucco, vixq; maleficium deprehenditur guſtu amariore. eſſe enim debet lenis*. attente conſiderandũ, nõ ſine miſterio comparatiuũ poſuiſſe, *amariore*. quia cũ ãbo amara ſint, in adulterato augetur. nõ inducitur amaror, quod ſi alterũ nõ eſſet amarũ, facile dignoſceretur; ſed quia vtrũq; eſt tale, ideo difficile maleficiũ deprehenditur. deprehenditur tantũ ſola intenſione amaritudinis.

obiectio

Dices. cur veteres non meminerunt etiam amaritudinis Opobalſami, ſi adeſt?

Reſpondeo. ob eandem cauſam, propter quam eã etiam in ſemine ſilentio præteriere: ſolum referunt Dioſc. & Plinius *mordens guſtu, feruensq; in ore*. at certum eſt amarum ſemen eſſe; amarum autẽ quia ſuccus eius amarus, vt magis amarum reddat opobalſamum. tandem hanc amaritudinem declarauit Alpinus *ſapor*, inquiens, *eſt amarus ſed acris, & aſtringens, in recentiſſimo validiſſimus, in vetere imbecillis.* ſubſcribunt Alpino, Guibertus, & Doringius.

Concluſio.

Quare legitimum opobalſamum ſapore percipietur ſubamarum, auſterum, & linguam modice mordens.

applicatio.

Tandem Opobalſamum examinandum, quoniam

dili-

diligentiſſimum Collegium Aromatariorum ſapore ſubamaro, & ſubaſtringenti obſeruauit, & nos mordicam linguæ punctionem. affirmabimus legitimi Opobalſami ſaporem poſſidere.

At hic Pona iterum irruit in Romanos, eo quod Peruuianum Balſamum, ſit acerrimi ſaporis; ſed Romani ipſum irridentes remittent ad exactius legendum Ceccarellum, in quo non reperiet, quod ipſe obiurgat erratum. quod ſi vnus Ceccarellus erraſſet, cur nos omnes Romanos damnat?

Si quæſiueritis, an tactu inueſtigari poſſit perfectio Opobalſami. nempe an aſperum, vel lene; molle, vel durum? Quæſt. xix a tactu

Sententia Sentiendum tactu debere eſſe lene, & tenax. nam Dioſc. & Plinius lene, & læue dixere. & hoc poteſt interpretari, lene guſtu, lene odoratu, lene tactu, & quoniam tenaci lacti eſt ſimile, & manui inuerſæ hæret illud, quod eſt optimum. tactu manus, & digitorum viſciditas persentietur, ſic ab oleo diſtinguetur. fricatione etiam ſuper manus odor melius actuabitur. Prætera quia *ſeneſcens fit craſſum, craſſiuſq; eſt quo annoſius*. vt ait Alpinus, & ex Plinio dureſcit è translucido; magis, & minus craſſum tactu indicabit ætatem propriam.

Hinc ad Opobalſami actiones deueniam (non dico operationes in Corpore) ſic diſtinctionis gratia, licet improprie loquens, quas tres referam, nempe lac coagulare, in veſte maculas non relinquere, & manui inuerſæ inhærere.

Quæritur igitur primo. quomodo lac coagulet, & nos in Antidotario non poſuerimus Opobalsamum inter lac coagulantia? cum ſcripſerit Dioſcorides. *lac inſtillatus coagulat, quod adulteratus non facit*, & Plinius. *ſumma probatio eſt, vt lac coagulet.* Auic. *Ex-* Quæſt. xx. lac coagul.

 *peri-*

*perientia olei ipſius eſt congelatio lactis ſtatim, quum ſuper ipſum deſtillatur.*

oppoſitio

Contra ipſe Dioſcorides. *quin etiam,* inquit, *ſyncerus in aqua, aut lacte celerrimè liquatur, coloreq; lacteſcit*. ſi liquari, & coagulari ſunt oppoſita, quomodo poteſt liquari, & congelari in lacte?

ſententia.

Sentiendum re vera Opobalſamum lac coagulare verum imbecilliter, & non æque, vt coagulum; ſed recentiſſimum, & optimum debere eſſe, imo potius coagulatur cum lacte, quam ipſum coagulet, vt Alpinus, & Pona experimento cognouere, At modo in mentem venit quoniam Coagulum aliàs vocauimus lac acetoſum, illud Opobalſamum, quod odore, vel ſapore aceſcente ob principium quoddam fermentationis, & corruptionis apparuerit, in lacte coagulando potentius fore. dicemus ergo coagulationē lactis potius ſequi Opobalſamum aceſcens, quam Optimum. Opobalſamum autem lene, & non acidum imbecilliter admodum lac coagulabit. vt lac, ſeu opos ficus. de quo in Antidotario. res autem ſic ſe habet, debet primo Opobalſamum lacti inſtillatum liquari, in ipſo, tum etiam lacteſcere, vt ſolet in aqua; deinde illud coagulare, & cum illo ſimul coagulari: occupās enim recens Opobalſamum (nam vetus non valet) ſubtiliſſimæ telę modo totam lactis ſuperficiem, (vt in aqua videmus) inibiq; craſſeſcens lacteum denſatione (vt aqua in niuem) aſſumit colorem, ſed aqua a ſuperficie illa nil patitur, lac verò reſpirare prohibitum, & quaſi ſuperficie denſata obſtructum, coagulatur. ſic patet ſolutio contradictionis in Dioſcoride. Nos autem inter lac coagulantia pro ſero conficiendo non repoſuimus, quia noſtris aromatariis non eſt in vſu. non modo ob prætium, & inopiam eius. ſed etiam quia vtimur hoc potius pro experimento, & nota Opobal-

actus Opobalſami.

ſami , quam ad vſum lactis coagulandi, vel ſeri conficiendi.

Hactenus leuiorem viam trangreſſi ſumus , modo labyrinthum ingrediemur, ſi ſine filo acta res eſt.

Quæſt.xxi. de Macula

Quæſt. proponetur ardua. quia Plinius. *Summa probatio*, inquit, *in veſte maculas non faciat*. Dioſcorides autẽ vertente Ruellio. *merus in laneã veſtẽ fuſus, neq; maculam facit, neq; ſi eluatur notam relinquit, vitiatus autem inhæret*. Auicenna . *ablutio ipſius à Cotto*.

oppoſitio

Dicetis. ſi Opobalſamum legitimum, & merum in Laneam veſtem fuſum, nec debet ei inhærere, nec maculam facere, vitiatum clare erit Opobalſamum Neotericorum, quod maxime adhęret, & maculam reſinaceam relinquit, equidem expertus, reperi in Pileis ex lana caprina, & in panno ex eadem lana dicto *Baracane*, valde adhærere , & craſſam facere maculam, quæ aqua tolli non poterat, vt alię reſinæ.

citatio

Quare citentur ad comparendum Pharmacopęi Antonius Berthiolus, qui Mantuæ. Franciſcus Calceolarius ſenior, item Iunior, atque Ioannes Pona, qui Veronæ. & Antonius Manfredus, qui nuper Romæ, hoc Opobalſamo Theriacas ſuas ſe paraſſe gloriantur, vt coram me iudice, & Sindico, harum actionum rationem reddant. qui non recuſarunt.

F. Calceolarius.

Franciſcus Calceolarius ſenior primo aduenien s. Fautores attulit. Ioa. Bapt. Olinium Medicum, & profeſſorem inſignem , qui, in Collectaneis F. Calceolarii aſſeruari Opobalſamum, quod lana infuſum, eaque lota maculam non relinquat, teſtatus eſt. item præclariſſimum P. Andream Matthiolum, qui in commentariis, ſe optimum, legittimumq; Opobalſamum apud F. Calceolarium vidiſse ad ſuam parandam Theriacam ſponte aſſeruit. immo ſubdit, *itaq; mirari de-*

*ſinant*

*ſinant inuidi, ſi eam præcæteris iure optimo laudauerim atq; prætulerim.* quod ſi optimum erat, hanc notam habebat. quo audito ſedere iuſſus.

Ant. Berthiolus

Ant. Berthiolus acceſsit ſub clypeo Iacobi Ferrarij Philoſophi, & Medici Mantuani, qui Ideam Theriacæ ipſius Berthioli edidit. cum approbationibus Excellentiſſimi Collegij Veronenſis, Excell. Laurentij Longi, & Io. Baptiſtæ Tornielli Sereniſſimorū Ducum Mantuæ Medicorum, nec nō etiam præclariſſimorum Patauii Botanicorum Proſperi Alpini, & Iacobi Antonii Cortuſi, qui etiam ſedere iuſſus, deinde.

Ioan. Pona

Ioannes Pona accendens, ſe tueri conatus eſt, tum Collegii Veronenſis approbatione, coram quod maculam è panno Lotura abſtraxiſſe gloriatur. tum Caroli Cluſii. M. Lobellii teſtimoniis. deinde P. Alpini Libello de Balſamo; ſed nouiſſime libello de Balſamo ab ipſomet edito, ſe ab omni calumnia vindicans. qui in hoc auditus fuit benigne. ſed ex alio capite non leuiter reprehenſus, quod peccauerit, Theriacantes Romanos falſi arguens; ſed cum erubuiſſet ſedere iuſſus, tum.

F. Calceolarius.

F. Calceolarius Iunior alterius Nepos attulit ad nos Muſæum Calceolarianum a Benedicto Cerruto Medico incæptum, & ab Andrea Chiocco perfectum, in quo ipſius Opobalſamum legitimum eſſe, oſtenditur, quod laneæ veſti inſtillatum, tum ablutum, nec maculam, nec maculæ veſtigium relinquat, & id etiam Præclarum Veronenſe Collegium approbaſſe teſtimonium perhibetur, ſedit etiam, & nouiſſime.

Ant. Manfredus

Antonius Manfredus acceſſit, qui Opobalſami portiunculā pro legitimo approbati ab Excellētiſſimo Protomedico, Archiatrorūq; Romanorum Collegio attulit, inter quos ſunt Paulus Zacchias eruditione, & doctrina in toto orbe celeberrimus, & tot editis li-

bris

bris ἀμάραντος. Ioannes Manelphus condiſcipulus meu Doctiſſimus, in Romano Licæo Practicæ Medicinæ Profeſſor. item Baldus Baldus alter Medicinæ practicæ collega vir moribus, & doctrina clarus, atq; cum his Alexander Menghinus Medicinæ etiam in eodē Gymnaſio profeſſor, Balthaſſar Bonannus Eruditiſſimus, & Doctiſſimus, & alii doctiſſimi viri, quos breuitatis gratia reticeo, qui Celeberrimum Collegium exornant, quo etiam audito, tunc inſurrexerunt omnes,

Accuſantes Ruellii verſionem, vti falſam, qui vertit. *Namq; merus in laneam veſtem fuſus, neq; maculam facit, neq; ſi eluatur notam relinquit, vitiatus autem inhæret.* tria enim videtur afferere. primum quod merus maculam non facit veſti laneæ inſtillatum. ſecundo ſi eluatur notam non relinquit. tertio, quod vitiatum hæreat panno, ergo ſyncerum minime. ex quibus primum, & tertium ſunt falsa. accuſatur Ruellius.

Nos autem conuocatis aliis interpretibus audiuimus Hermolaum ſcribentem. *Nam ſi gutta veſti laneæ inſperſa, & eluta nihil maculæ reliquerit, aut ſordis, ægregia eſt. Qui mutata fuerit pertinaciter hærebit.* deinde Marcellum. *laneæ enim veſti inſtillatus, qui ſyncerus eſt, tum ablutus, nec maculam, nec maculæ veſtigium relinquit. adulteratus vero inhæret.* nouiſſime Saracenum. *ſiquidem ſyncerus laneæ veſti ſtillatus, ſi deinde eluatur, neque maculam facit, neq; notam vllam relinquit, at vitiatus inhæreſcit.* ecce hi doctiſſimi interpretes maculam non relinqui poſt loturam, vertunt, non ſine lotura. quibus Serapio aſſentitur. *Nam purum quando aliquid ex eo diſtillatur ſuper lanam, & abluitur lana ipſa, non remanet in lana veſtigium eius.* omnes tamen præter Serapionem dicunt vitiatum inhærere, ac ſi Balſamum inhæreat, ſi vitiatum.

quum

quum tamen de macula loquatur Dioſcorides, vt clarius vertit Serapio. *Sed adulteratum relinquit veſtigiũ.* At ecce Dioſcoridis verba. ἐλέγχεται δὲ εὐχερῶς ὁ τοιοῦτος. ἐπισταγεὶς γὰρ ὁ ἀκέραιος εἰς ἐρεοῦν ὕφος, καὶ ἐκπλυθεὶς, κηλῖδα οὐ ποιεῖ οὐδ᾽ ἔσπιλον. ad uerbum. *depræhenditur autem maleficium ipſius. inſtillatus enim ſyncerus in laneam telam, & ablutus, maculam non facit, nec etiam notam.* ὁ δὲ δεδολωμένος προσμένει. *vitiatum autem permanet.* Ex quibus patet non loqui Dioſcoridem de macula ablata ſine lotura, ſed poſt loturam neq; maculam, neque etiam maculæ veſtigium remanere, ſi vero fuerit vitiatum remanet macula.

Dioscorid.

conclusio

Concludamus, non dictum á Dioſcoride maculam non facere, ſed poſt lotionem maculam non relinquere, & ſimiliter Plinium eſſe interpretandum.

obiectio.

Sed contra hos alia inſurgit obiectio, an ſit vera nota, & ſemper in ſyncero verificetur.

negatiua quadramis.

Quadramius Euangeliſta lib. de Theriaca conſiderans maculas Opobalſami difficillime tolli. ob ſummã viſciditatem inſtar aliarum reſinarum Terebinthi, Abietis, Laricis, &c. quæ oleo anferuntur non aqua, nec etiam addito Sapone. imaginatus eſt Dioſcoridẽ fuiſſe deceptũ á mercatoribus, offerentibus pſeudo opobalſamum, non reſinaceum; ſed potius e ſeminibus expreſſum, quod oleoſum eſt, & aliorum oleorum more aqua, lixiuio, & ſapone auferri ſolet. & ſic vituperantibus ſyncerum reſinaceum, vt ſuum venderent.

P. Alpinus

P. Alpinus ſententiam ſuam dicere iuſſus. licet opobalſamum omnibus ad amuſſim notis reſpondeat. *Tamen*, inquit, *quod apud omnes prædictos antiquos ſcriptores affirmatur, quippe ipſum laneæ veſti inſtillatum, aqua ablutum, omnino ab ea abigi poſſe, nihilq; ei adhærere numquam potui obſeruare. nullum*

*enim*

*enim reperitur opobalſamum, quod inſtillatum in pannum, ei aliquatenus non adhæreat, ex quo ego etiam puto, nullum verum opobalſamum eam experientiam facere poſſe, quando ipſum, vt in alijs omnibus reſinis obſeruatur (cum ſuccus reſinoſus ſit, inter reſinaſq; poſſit ſine errore recenſeri) viſcoſitatis, ac lentoris non ſit expers. Ex quibus valde de huius ſucci ſigno ab antiquis ferè omnibus animaduerſo dubius, ac anceps ſum cupioq; tuam hac in re ſententiam audire, vt in ea tandem acquieſcam.* ABDEL. *dignus es cũ illo tuo ſcrupulo non parua reprehenſione, qui vno ſigno magis quam pluribus, quibus tuum opobalſamum omnibus probè reſpondere ſcis, fidere volueris, quod neq; verum ſignum huius ſucci dicendum eſſe puto, ſiquidem, quo pacto hic ſuccus lentoris, ac viſciditatis non expers (cum ipſe nihil quidem aliud, quam reſina quæpiam ſit) lineo, vel laneo panno, vel goſſipio inſtillatum aliquantulum non adhærebit? Etenim non modo ſuccus iſte tenax eſt; ſed ramuli quoq; virides, ſi digitis contrectentur, eis proculdubio adhærent, quod non nos modo; ſed etiam aliquos antiquorum nouiſſe certum eſt: nonnè Strabo dixit: eius corticem ſcindentes ſuccum in vaſis ſuſcipiũt tenaci lacti perſimilem? quid? nonne Plinius notas ſynceri Opobalſami docens dixit. Succum Balſami ſyncerum debere inhæreſcère?* vix perorauerat Alpinus, ac inſurrexit Pona. & facta excuſatione conabatur oſtendere Alpinum non apte attuliſſe Plinii verba, qui loquebatur de adhærentia manui non veſti. eſto. ſed interrogatus, an cenſeret, quod manui etiam inuerſæ tenaciter hæret, poſſit panno hærere. non reſpondit. ſed iuſsus legere verum textum Dioſcoridis, vbi dicit maculam hærere. nil loquens de ſucco. errorem ſuum ex Ruellij textu agnoſcens obmutuit. licet propoſuerit pannum ciambel- Pona cõtra Alpinum

lottum dictum in decliui poſitu, ne lacrima ſtillans inhæreret.

ſententia

Sentiendum omne Opobalſamum tenax, & viſcidũ inhærere cuicumq; rei obuiæ, vt manui, labiis, vitro, panno, ligno, ſed optimum non adeo inhærere panno, quin lotura auferri non poſſit penitus, vt neq; maculæ nota relinquatur.

requiſita ad loturam

Sed vt hoc experimentum reſpondeat, duo requiruntur Medicamenti qualitas, & loturæ modus. Opobalſamum enim debet eſſe recens; nam antiquum non obedit.

Modus lauandi non proponitur a Plinio, nec à Dioſcoride. an aqua calida, frigida, lixiuio, ſapone, argilla.

Aduertendum igitur Pannum eſſe eligendum laneum, aliqui è lana caprina malunt, vt ſunt Arabum panni. Auicenna Goſſipium propoſuit. Serapio lanam. Simeon Sethi linteum.

Modus autem erit inſtillatus, non autem eo bene imbuto panno. vt ignorantes græcam dictionem poſſent credere.

Pannus verò, vel ſuccus, vel aqua madefactus.

Opobalſamum purum è vaſculo ſtillans, vel prius aqua congelatum.

Tempore æſtiuo, vel Hyberno.

Aq; calida, frigida, lixiuio, ſapone.

experimẽtũ Ponæ

Pona refert ſe coram Excell. Medicorum Veronenſium Collegio, opobalſamum laneo panno, (ciambellottum dicto) inſtillatum ſtatim in aquam tepidam immerſiſſe, ſic ſuccum ad ſuperficiem aquæ tendentem reliquiſſe pannum liberum, & ab omni macula expurgatum.

Modus autem Simeonis Sethi eſt facilis, correſpondetq; ait .n. *Amplius ſi probare ve is, quod in proprio*

vigore

*vigore eſt, & recens, id quoniam ſuper aquã enatat, eo linteum irrigato, ſi nihil linteum infecerit; ſed tantũ illi odorem, & non maculam reliquerit.* hic modus eſt pulcherrimus, & ſine lotura panni, non fit Macula in panno, nec panno hæret. & placuit etiam Guiberto. ego experiri volui. Opobalſamum aquæ inſtillaui, in ſuperficie natabat, collegi totum in formam pilulæ denſatum, proieci in pannum, vt pilula rotabatur, non adhærebat, neq; maculam faciebat. ſed odorem tamen relinquebat. Simeō Sethi

Dices loquuntur antiqui de macula poſt lotionem ergo debet lauari. obiectio

Reſp. ſi uultis, lauandum aqua calida, lixiuio, vel etiam ſapone, ſi hæret macula; nam antiqui dicunt lotione. & apud nos ſic lauantur panni. Reſponſio.

Sed reſpondendum eſt Quadramio. ſi ea vera eſſent non modo Dioſcorides, ſed Plinius, Simeon Sethi, & omnes erraſſent. cum tamen vera loquantur, & Opobalſami tollatur lotione macula. verum non vt ῥετινη reſina, ſed vt, ὀπος, lac, velut Opium, Scãmonium, Aloe &c. diuerſum quid à ſucco, oleo, Gummi, & Reſina. cuius cenſus ſunt, quæ gummata Aromatarii falſo dicunt, vt Galbanum &c. quæ igne ardent, & liquantur, & item in vino, Acetoue ſoluuntur. ſic Opobalſamum ardet vt reſina, in aqua liquatur, & lacteſcit, ut gummi. Reſpondet quadramio

Alpinus vero ſibimet ipſi reſpondet. nam Clariſſimus Aloiſius Cornarius nobilis Venetus Berthiolo ſcribit. ſe á P. Alpino quæſiuiſſe, an neceſſe ſit ab Opobalſamo non relinqui maculas, eum reſpondiſſe, ſe diu fuiſſe in opinione non eſſe neceſſarium, ſed nuper hoc anno iterum fuiſſe id expertum, & puriſſima aqua ſe a panno ſtatim maculam ademiſſe. ſed hoc experimentum non ſuccedere aere frigido exiſtente, ni cale- Alpino.

fiat aqua, & facilius auferri à Balſamo recenti.

ſententia definitiua

Quibus exactè dilucidatis, ac ratione, experimentis, & auctoritatibus confirmatis. Sentiendum iudicamus opobalſamum hoc eſſe verum, & genuinum, quia nempe hanc quoque notam obtinuit, vt eius macula lotione à panno laneo auferatur. ideo abſoluimus præcitatos Pharmacopoeos ab omni crimine, & ſummis laudibus, vt viros diligentiſſimos, exornamus, atque præclariſſimũ Aromatariorum Romanorum Collegiũ commendamus, & exhortamur, vt in omnibus ſimplicibus Theriacam, & alia medicamenta ingredientibus examinandis pergant eſſe diligentes, & cauti; nam Mercatorum infinitæ ſunt fraudes.

corollarium de adhærẽtia manui

Corollarij loco addemus, examinatum Opobalſamum, a nobis repertum eſſe, aliquot guttas volæ manus inſtillatas, & inuerſa manu adhærendo permanſiſſe non fluidas, & diu ibi retentũ ex calore manus liquidius factum; & in ſuperficie nullam apparuiſſe cruſtam. inde iudicauimus non eſſe vitiatum gummi.

Quæſt. xxii de paſsione

Quæretis in præſenti. quibus paſſionibus opobalſamum vitiatum à ſyncero diſtinguatur, quæ voces actionis, & paſſionis ſunt lato modo acceptæ (ne Momus arrepta occaſione momizzet) nempe quùm quid patitur, vt facile diluitur, vel lacteſcit.

Si recipere voluerimus notam illam à Dioſcoride poſitam: ſcilicet *dilui facilis*. quæritur, quid intellexerit Dioſ. nam cum diluere, ſignificet lauare, ſenſus erit, quod facile lauetur.

Facilis dilutio

Sed cur lauatur, an quod adhæſerit manui, vel panno? ſi panno ſuperfluus fuit Dioſ. nam poſtea clare explicat ita dilui à panno, vt neq; maculæ notã relinquat. ſi manui, leue ſignum eſt, quia tenax eſt, & etiam in aqua cuicumq; rei adhæret, vt facile non auferatur.

Si vero *dilui facilis*. intelligatur reſolui, & liquari,

vt

vt vinum aqua diluitur. & vino niuem diluere. ſcripſit Seneca. cap. 79. itidem ſuperfluus erit, & non differret hæc nota ab illa *facile liquari* in aqua, vel lacte.

Sentiendum, ut ſuperius Q. x. eſt definitum. ad ſaporem, vel ad odorem, vt Quæſt. xvi. referri, non ad ſubſtantiam, verbum illud ἐυδίαιτος. ſed de ipſa liquatione, & lacteſcentia, infra loquemur, quum quid in aqua patiatur, examinabitur.

Vt Aurum, modo Opobalſamum igne examinandũ eſt, triplici modo. á Plinio, a S.Sethi. à Melichio allatis. nam experimento illi ad Solem non multam fidẽ habeo. retulit enim P. Perbaltus Temefuar in ſuo aureo Roſario. referente Saluatore Franciono in ſua Pharmacopœa legitimum dignoſci inuncta vola manus, & ardentiſſimo Soli expoſita; nam vritur, nec ferri poteſt; ſed ab adulterato contrarium fit. non adeſt nunc æſtas, vt id experiri poſſim. Quæſt.xxiii probatio ad solem

Probat igne Plinius, vt diſtinguat ab adulterato cũ reſina, & cera, guttam imponendo carboni ardenti. ſic autẽ ſcripſit. *Carbone vero, quod cera reſinaq; adulteratum eſt, nigriori flamma.* quæ verba clariſſima ſunt. & nos ſic vrentes prædictum Opobalſamum, claram non nigram vidimus flammam. ergo abſq; reſinæ mixtura. quod autem eſt cera adulteratum, nigram edere flammam mihi non perſuadebit Plinius, quia candela cerea claram facit flammam. Plinius

Altera probatio à Simeone Sethi in libro de cibariorum facultatibus. propoſita fuit. Sed Ruellius tribuit Aetio, forſan malè, quia in Aetio numquam id reperire potui. nempe vt ferrum eo inungatur, igniq; admoueatur, ſi candeat, licet hoc oleo caphuræ, & alijs etiam accidat. verum odor caphuræ eſt nimis euidens. ego id quoq; ſum expertus. ferrum eo inunxi igni approximaui, ſtatim arſit; ſed non totum, quia excocta, Simeon sethi

&

& indurata pars craſſior ferro adhærens remãſit. ſed ferrum inde quaſi vernice obductum apparuit. fricta enim reſina ſic ſolet ferrum inficere, vt colophonia, Maſtix, terebinthum, &c.

Melichius

Deniq; Melichius in Antid. cap. de ol. Balſami, ſe vidiſſe ſcribit Balſamum dono datum Venetis clariſſimis à quodam Baſſá cuius gutta ſupra laminam ferream ignitam inſtillata in globum vnionis inſtar reddebatur, nec vt alia oleoſa ad ignem diffundebatur, lac congelabat, ſidebat in aqua, ſapore auſteriuſculo cum æquali aſtrictione.

Sed age experiamur, & nos. candefactæ ad candelam laminę ferreę guttas inſtillaui flamma corripuit. iterum expertus ſum, lacrima diffundebatur, vt reſina, vt oleum, iudicaui Melichium vel deceptum, vel me non recte ignitæ laminæ adhibuiſſe, ſuccedat nec ne hoc experimentum parum probat, quum ab antiquis ſuo non ſit attributum, nec habeo Auctorem alium hoc ſignum proponentem; hoc autem credo, ſi Opobalſamum poneretur Electuariis, vel Emplaſtris feruentibus fore, vt veluti ſcammonium, Galbanum, Ammoniacum, & dicta vulgo Gummata (quę tamen ὀποὶ ſunt) grumeſceret, ac conglutinaretur.

Reſtat vt experiamur, quo modo in aqua ſe habeat. vbi obſeruabimus tria. an in aqua lacteſcat, an congeletur, an peſſum eat.

Quæ. xxiiii an lacteſcat

De primo Dioſcorides hæc retulit. in aqua liquatur καὶ γαλακτοῦται. lacteſcit. dubitatur an ſit verum cum Plinius id tacuerit.

affirmatio

Reſpondendum affirmatiue cũ Alpino lib. de Plantis vbi *Succum Balſami,* inquit, *in aqua ſtillatum, & liquatum colorem lactis accipere Dioſcorides ſcriptum reliquit, quod veriſſimum eſt. quin imo hoc eſt ſignum inſeparabile, proprium, quod fidelius oſtendit verum*

*ſuccum*

*ſuccum Balſami ab alijs vitiatis pro opobalſamo a multis receptis*. & lib. de Balſamo. cap. 4. Quamquam Opobalſamum vt lac à planta ſtillet; & paucis poſt diebus colorem amittat, & alium acquirat, *nihilominus*, inquit, *oleoſo colore inſpectum, in aqua, vel lacte ſtillatum, album rurſus videri; & idem etiam facere aureum, & melleum perpetuoq; verum opobalſamum cuiuſcumq; coloris ſit, in aqua, vel lacte, ſtillatum, ac liquatum album ſpectabitur*. *Hincq. doctiſſime Dioſcorides dixit. Quinetiam ſyncerus in aqua aut lacte celerrime liquatur, coloreq; lacteſcit. Numquam quiſpiam Opobalſamum viſu non album, album eſſe iudicarit, quod tamen verum eſſe experientia docebit, ſi inquam, quis ſinet ſtillatum in aqua, liquari, ac coagulari, ipſum etenim liquatum ſupra aquam ita album redditur, vt vix ab aqua diſtinguatur; ſed paululo momento in ea coagulatur; eiq; inſtar telæ albæ incumbere, & in ea ſupernatare cernitur, manifeſtiorque eius albus color fiet, ſi coagulatum ſtilo quopiam ab aqua eximatur, aut extrahatur*. Huic Alpini experimento innituntur maxime, & hoc præcipue ſigno, vt patognomonico ſincerum cognoſci volunt Quadramius, Doringius, Guibertus, & Pona. & nos experiri voluimus in miſſo ad nos Opobalſamo, & in alio, quod hic habebamus. ſic guttam in chyathum vitreum aqua puriſſima repletum iuſtillauimus. Menſe ſeptēbri, & octobri, gutta ipſa viſa fuit deſcendere ad medium chyathi, & mox aſcendere; ſed poſtea viſum meũ effugiebat: nam dilatata veluti ſubtiliſſima tela per totam aquæ ſuperficiem non apparebat primo aſpectui, ſed tandem diligenter intuenti: inde ſtilo ferreo immiſſo apparuit viſcoſa tela. fila producens, & ſtilo vniebatur colore candido in formam lactis coagulati, & in aqua per 8. dies manens conſiſtentia ceræ candidæ, mol-

**a nobis expertum,**

lioris;

lioris; ſed digitis rotundata hæc materia in formam pilulæ, deſcendit ad ima, & ſidit, cõtinuo infundo permanens, & ſurſum attracta iterum fundum petens; ſed Menſe Decembri, idem experiri volens gutta in aquã ſtillata vix, & paulatim dilatabatur.

Quo experimẽto certiſſimi facti ſumus hoc Opobalſamum eſſe illud idem Alpini, & Ponæ, & ſine dubio Arabum, & legitimum.

Penultima Quæſtio eſt. an in aqua congeletur. Affirmauit Plinius ſcribens. *ſynceri denſatur in tepida aqua gutta.* (Quæſt. xxv. an cõgelet.)

Contra Dioſcorides. *ſyncerus in aqua, aut lacte celerrimè liquatur.* liquari, & denſari ſunt oppoſita, alterum erit verum, alterum falſum.

Pona hac oppoſitione territus non intelligens Plinium, (Pona,) Plinij honorem (quem conterraneum vocat alibi) ſaluare ſe non poſſe fatetur, niſi dixerit, eſſe erratum in textu, & addatur *non* legendo *non ſynceri denſatur in aqua gutta, ſidens ad ima vaſis: non adulterata.* Quomodo iſte nouus Plinianus corrector (qui in Horto Farneſiano ſe à me vocatum Pharmacarium, veluti nouo, nec latino nomine (quum tamen eadem voce vſus ſit Thomas Eraſtus de Med. laudibus p. 2. Nic. Guibertus Alch. lib. 2. cap. 12. & alii) ægreferens ab inferis inuocatis Plinii manibus, adeo vociferatus fuit, vt me ſcribere coegerit libellum apologeticum, præteralium tractatum de opobalſami ſubſtituto in Romanorum tutelam) hic, hic inquam, Pona, cur Plinianam lectionem audet deprauare? non nè ſi ita legeretur textus contra Dioſcoridem, & contra veritatem loqueretur Plinius?

Contra Dioſcoridem quidem, quoniam ſcripſit ὁ δὲ δεδολωμένος ἐπιπλεῖ καθάπερ ἔλαιον. *vitiatus autem ſupernatat inſtar olei.* & Pona vult optimum inſtar olei

ſuper-

ſupernatare.

Contra veritatem etiam, quoniam illud Opobalſamum, quod vitiatum fuit oleoſum, mixtum, ſupernatat aquæ, vt oleum, naturam oleorum retinens. debebat autem Pona cõſiderare hoc ſignum ſupernatandi aquę, vt oleum à Dioſcoride, & Plinio datum fuiſſe ad dignoſcendum Balſamum oleo adulteratum. Plinium autem ſuum facile defendere potuiſſet, ſi attente eius verba legiſſet. non enim dixit *denſatum in aqua*; ſed *in tepida aqua*. multum enim facit, an aqua ſit frigida, vel calida. & melius etiam, vt defenderet Plinium, textum Dioſcoridis correxiſſet, vbi legitur χεῖται. i. diffunditur. alij, teſte Cæſalpino, legunt χεῖται. ſidit. cum Plinio, nam vitiatum è contra non ſidit, ſe innatat. ſed mox noſtram ſolutionem audietis.

Sentiendum ergo nullam eſſe inter hos doctiſſimos viros contradictionem, qui Balſami Hiſtoriam ab vno, & eodem auctore (quisquis fuerit) ambo aſſumpſiſſe videtur. ſed Plinius magis decurtatis verbis ſententiã reddidit. veriſſime enim Dioſcorides, *Quin etiam ſyncerus in aqua, aut lacte celerrime liqueſcit.* quod declarat Alpinus recentis, & ſinceri proprium ſignum eſſe, ſcribens, celerrime in aqua liqueſcere, ac dilatari, vt viſum effugiat, quod nos clariſſime obſeruauimus. vitiatum autem, ſi eſt oleoſum, olei qualitates debet retinere; ideo non liqueſcit; ſed olei modo ſupernatat ſe conuoluens, aut in ſtellarum modum diffundens, quod continuo quilibet in pinguedine iuri, & oleo aquæ ſupernatante cernere poteſt. Quare ſyncerum celerrime in aqua liquari debet, ad quod aliqui illud dilui facile etiam trahunt. at poſt quam fuerit liquatum, nonne lacteſcit? quid eſt autem iſtud lacteſcere? nonne lacteſcens ex Diaphano fit opacum? ex tenui craſſum? vidiſtiſne unquã mixtione olei Tartari di-

Sentẽtia

cti (re uera cum ſit Sal aqua ſolutum) ut aqua clariſſimi, & Aceti clariſſimi, in quo prius litargirum fuerit infuſum. vidiſtine, inquam mixtione horum duorum liquorum viſu clariſſimorum, mox formam lactis indui, quam lac uirgineum Vocant? igitur Opobalſamum in aquam inſtillatum, primo liqueſcit, & dilatatur, tunc denſatur in lacteam formam, & ſi ſtilo fuerit ſimul collectum, non amplius olei forma; ſed lactis concreti, coagulati, denſatiue apparet, adeoq; concreſcit, ut ceræ mollis inſtar manu tractari poſſit, & equidem nunc hæc ſcribens manu tracto pilulam Opobalſami ex aqua congelati, & ad ceræ conſiſtentiam, nec digitis adhæret, in aqua ſidit. id autem totum breuiter quidem docuit Dioſcorides. breuiſſime autem Plinius. *denſatur in tepida aqua ſyncerus*. recens quidem etiam in frigida, ſenior in actum reducitur tepida, uel tempore æſtiuo. adulteratus uero ſuccus olei modo innatat, non autem lactis denſati forma. ſed conſulamus Dioſc. an Reſinæ in aqua calida denſentur, & cognoſcemus Colophoniam friabilem fieri, & omnem Reſinam in aqua decoctam denſari. unde ſi Opobalſamum eſt reſinoſum, in aq; calida, ut aliæ reſinæ densabitur denſatum ſidet. grauius nempe factum. ego uolui experiri, proieci in aquam ebullientem x. guttas opobalſami. non dilatabatur, ſed conſiſtebat, ueluti cera candida, ſi ſtilo agitabam, ſeparabatur, ſed non dilatabatur. permiſi refrigerari aquā; Opobalſamum craſſius redditū reperi, commotum ſtilo, & unitum, deorſum ferebatur, & ſidebat. noſtram autem explicationem roborare poſſumus Auicennæ uerbis ſcribentis. *permiſtio eius cum aqua: & inſpiſſatio ipſius, & conſeruatio ſuæ ſoliditatis in aqua*. i. primo liqueſcit in aqua, tunc inſpiſſatur. & demum

Lac virgineū

Auicenna nobiſcum

in

in aqua ſolidum conſeruatur. quia quando eſt denſatum, ſi colligitur, & digitis attrectatum rotundatur in pilulam, in aqua deſcendit ad fundum, & ibi durum permanet, & ſic ego obſeruaui per plurimos dies. ſed aduertendum Plinium dicere. *denſatur* paſſiuæ. ergo non denſat aquã. *lacteſcit* non lactefacit. colore lacteſcit ipsũ. nõ ergo ſubſtantia aquæ: quare irridẽdi, qui expectant miraculũ, de aqua in lac vertendã: quũ miranda ſit eorum ignorantia, non intelligentiũ Opobalſamum colore tantum lacteſcere, non aquam.

Reſtat vltimum Quęſitum difficillimum apud aliquos ſolutu, apud nos facillimum. Plinius enim loquens de nequiſſima adulteratione cum gummi, quoniam geminas, ſeu genuinas Opobalſami ſynceri notas mentitur; nempe, vt manui inuerſæ inhæreat, & *in aqua ſidat*. vt proprium afferre videtur, & paulopoſt ſubdit. *præterea ſynceri denſatur in tepida aqua gutta ſidens ad ima vaſis, adulterata olei modo innatat*. quam ſententiam Simeon Sethi ſequutus fuit, qui ſyndromen duorum ſignorum cupit. nempe, vt ferrum inunctum ardeat, & *vt in aquam datum ſi non ſupernatet; ſed ſtatim fundum petat, ſeu in aqua facile ſubſidat*. quod Ruellius, quoque recepit; ſed Aetio tribuit, vt ſupra dixi: at hos non legit Pona.

Queſt. xxvi an ſidat.

affirmatio

E contra Dioſcorides *Hallucinantur*, inquit, *qui aqua concretum poſſum ire, & ad ima ſidere arbitrantur, poſtea diſſipatum ſupernatare*. Hic Pona retē tali captus textum Plinii corrigendo deprauauit, vt dixi. Abſurdum .n. eſſet dicere ſyncerum opobalſamum olei modo innatare: adulteratum vero lacteſcere, ſeu denſari in aqua ſidens ad ima vaſis: nam inter optimi notas *lacteſcere* poſuit Dioſcorides.

negatio.

Soluendum dicendo vtrumque vera proferre. aqua enim calida denſatam guttam Veteris opobalſami na_

ſententia.

turam (quod ſeneſcens incraſſatur) aſſumit: vnde grauior reddita ad ima ſidit. Pona cenſuit craſſe fieri partibus ſpirituoſis reſolutis, ſed ex Alpino patebit ratio. inquit enim. *In principio etiam hic ſuccus leuiſſimus eſt, qui quam maxima difficultate in aqua, vel alio liquore inſtillatus conſidat; ſed continuo in aquæ ſuperficiem feratur, citoq; cum aqua diſſoluitur, annis vero conſiſtentiæ medio ſe habet modo, ſeneſcenſque colore eius imminuto craßeſcit, quo fit, vt ſubito in aquam proiectus conſidat, tardiſſimeque ſurſum in aquæ ſuperficiem feratur, difficillimeq. ac tardiſſime cum ea diſsoluatur*; dicit ergo Plinius denſatam ex tepida aqua guttam ſidere ad ima. ſed oleum calida magis attenuatur, diſſipatur, & ſupernatat; id experiri volui, in calidam proieci, ſtatim denſatum, in ceræ candidæ formam, in ſuperficie reſidens, non dilatabatur, vt in frigida, etiam plurimum commotum, poſtquam aqua fuit refrigerata, petiit fundum. fallitur autem Braſauola in enarratione huius ſigni, cenſens verum Balſamum non eſſe, ſi proiectum in aquam deſcendit, mox ſparſum emergit. quia non bene conſiderauit Dioſcoridis verba.

contradict. Sethi

Sed ſibi nimis manifeſte contradicit Simeon, quum enim dixiſſet, probari, ſi non ſupernatet; ſed ſtatim fundum petat, mox ſubdit. *ſed & hoc amplius, ſi probare velis, quod in proprio vigore eſt, & recens, id quoniam ſuper aqua enatat, eo linteum irrigato &c*, Quæſo quomodo optimum oppoſitos habere motus valet, ſtatim fundum petere, & ſuper aqua enatare?

ſoluitur

Soluemus facili diſtinctione ab ætate aſſumpta cum Alpino. nam *recens*, ait Simeon, ſuper aquam enatat. ergo fundum petet ſeneſcens.

ſolutio alia

Nec Dioſcorides opponitur Plinio, vt Pona cenſuit

licet

licet enim ex Alpino vetus Opobalſamum ſtatim deſcendat, & tarde dilatetur. de hoc tamen iſti non loquuntur. ſed Simeon ſolus: Plinius autem de gutta incraſſata in calida. At Dioſcorides *hallucinari* dixit vertente Ruellio, *qui aqua concretum* (primo ergo ſit concretum) *peſſum ire, & ad ima ſidere arbitrantur* (deſcendat deinde) *poſtea diſſipatum ſupernatare*. ecce tertium. non negat his verbis Dioſcorides deſcenſum; ſed poſtquam fuerit concretum, & deſcenderit, iterum aſcendere. hoc vltimum negat, non alia duo priora. Quandoquidem antequam concreſcat, & lacteſcat debet aquæ miſceri, liquari, & ſupernatare, & inde concretum, ſi deſcenderit, negat Dioſcorides iterum aſcendere, diſſipari, & ſupernatare, quia poſtquam aſcenderit, iterum coagularetur, & deſcenderet, & iterum aſcenderet in infinitũ. Experientia autem docet recens ſupernatans mox liquari, paulo poſt concreſcere, concretum, & manibus coactum in pilulam deſcendere, et infundo ſemper remanere, at Vetus ſemiconcretum illico peſſum it, poſtea liquatum ſupernatat. nec Dioſcorides intelligit Vetus iam per ſe concretum, quia explicauit *aqua concretum*: illud .n. ex Alpino primo deſcendit, poſtea liquatum aſcendit; & ſupernatat.

At Aduerſarii hic ſiſtent pedem, aduertit enim diligentiſſimum Aromatariorum R. Collegium inſtillatũ in aquã deſcendere, poſtea ſe diffundens emergere. nec Ruellianam verſionem acceptabunt, qui poſuit *aqua concretum*, vt nuper retulimus. quum textus ſit ἀκέραιον ἐπισταγῦντα ὕδατι *ſyncerum inſtillatum aqua*. vt omnes alii interpretes vertunt. ſic Marcellus. *in aqua coniectus*. Hermolaus *ſi in aquã addatur*. Saracenus, *aquę inſtillatum*. Serapio. *deſtillatum in aqua*. quare ſenſus Dioſcoridis erit. falli, qui aquæ inſtillatum, Ruellii verſio praua.

deſcendere, & ſidere arbitrantur, poſtea diſſipatũ ſupernatare. debet autem ſub intelligi. falli, qui optimum, & recens, aquæ inſtillatum, &c. nam recens ex Alpino non ſidit, nec vere deſcendit niſi ob impetum cadendi; ſed mox dilatatur in ſuperficie. at vetus habet; quod Dioſ. ſcribit.

*obiectio.*

Sed quiſpiam dicet Dioſcorides ſimpliciter dixit, quod aquæ inſtil'atum deſcendit primum, deinde aſcendit in ſuperficiem aquæ ſe facile diffundens; ſed tale, eſt Opobalſamum Romam aduectum, tale etiam ab Alpino, Quadramio, & Pona laudatum. ergo eſt illud, quod à Dioſcoride vitiatum cenſetur.

*exactior cõſideratio*

Nos Dioſcoridis verba iterum, & exactius conſideremus, ait, *in aquam inſtillatum*. εἰς χωρεῖν εἰς βάθος πρῶτον. *progredi in profundum primum*. & idem eſt ſenſus Marcelli vertentis *primum deſcendit.* & Hermolai. *primum deſidere ad ima vaſis*. At Ruellius addidit ſidere. cum quo Saracenus. hic, *prius ad ima ſidere fundumq; petere*. ille vero peſſum ire, & ad *ima ſidere*. & illud ſidere auferendum cenſemus. quamuis vetus ex Alpino etiam ſidat. concedimus autem recens inſtillatum in aquam aliquantisper deſcendere, & eo profundius, quo altius ceciderit. & pergit Dioſc. εἶτα ἀναπλεῖν εὐδιάχυτον. hic nodus eſt. vertit Ruell. *poſtea diſſipatum ſupernatare*. Marcellus *tum diſiectus & ſparſus emergit*. Saracenus *poſtea, tanquam qui facile diffundatur, & diffluat, ſurſum remeare*. Chiocchus *mox facile diſſipabile, vel fuſile emergere*. nos ad uerbum *poſtea rameare diffuſu facile*. quare aduertendum hic Dioſcoridem dixiſſe, εὐδιάχυτον. *diſſipabile*. ſupra autem διαχεόμενος ἀστεροειδῶς ſe diſſipans ſtellatim. & ſicut diffundi conuenit vitioſo, ita etiam diffuſile. textus quidam legiſſe videntur ἀδιάχυτον. nam Hermolaus. vertit. *mox reciprocare, commeareque*

nec

*nec diffundi*. & Serapio. *deinde aſcendit in ſuperficiem aquæ, & non diſſoluitur*. quæ vtraq; lectio prauũ vituperat. nam Serapio non diſſolui, ſed vt oleum remanere voluit, alii vero ſpargi, & diſſipari, vt oleum intellexere.

Concludendum cum Dioſcoride errare illos, qui cenſent ſyncerum, & recens Opobalſamum in aqua inſtillatum primo deſcendere ad ima, poſtea aſcendere, & ſupernatare diffuſum, ſparſum, non ſibi cohærens, & olei modo. vti Plinius quoque vitiatum olei modo innatare ſcripſit; ſic non diſcordes; ſed concordes ambo: debet autem optimũ aqua liquari, lacteſcere, ſibi cohærens totam ſuperficiem æqualiter occupare, & ſtilo poſſe ſimul vniri, & abſtrahi, & tandem incraſſatum deſcendere, & continuo ſidere. ita probe intellecta Dioſcoridis littera, nulla permanet difficultas, vera dixit Dioſcorides, eadem Plinius. Optimumq; erit Examinatum Opobalſamum, quod cum ſit recens in aquam inſtillatum, non ſidit ad ima; ſed illico enatat, liqueſcit, lacteſcit, totam occupans aquæ ſuperficiem, non diſſipabile, & ſeparabile in particulas aſteroides, vt oleum; ſed totum vnibile ſtilo, quod de vitiato effici nequit, deinde vnitum aquę aliquamdiu innatat, tandem craſſefactum vergit ad ima; ibiq; perpetuo ceræ mollis inſtar permanet, vt iam pluries obſerſeruauimus. Concluſio.

Hactenus ad legitimum Opobalſamum requiſitas notas omnes expoſuimus. decernemus modo, & pronunciabimus, Opobalſamum in Romana Theriaca adhibitum, quia optimi, & recentis omnes caracteriſmos obtinet, & nihil in contrarium, vt ex dictis conſtat, afferri poteſt, ſentire nos, ipſum eſſe optimum, & legitimum Opobalſamum orientale Arabi- Concluſio definitiua

cum

cum, quod ab antiquis Iudaicum dicebatur, à quo non ſpecie, ſed patria tantum differt. ſicut Ægiptium, & Iudaicum. patria diuerſa, ſpecie eadem fecit Dioſc. & pro vero adhibendum eſſe.

Theriacam autem cum ipſo cofectam eſſe perfectiſſimã, & omnibus aliis Theriacę cõpoſitionibus præferendam; quia legitimum recepit Opobalſamum, quod eſt vnum ex præcipuis ſimplicibus Theriacam ingredientibus. Summoque afficior gaudio, ac voluptate præclariſſimam Antidotum Romæ omnibus numeris abſolutã olim pro Imperatoribus parari ſolitam; nũc iterum ibidem pro Imperatorum Imperatoribus priſtino nitore parari. ſed de Opobalſamo ſatis, noua ſtudia me auocant, diſcipulorum voces reuocant. Kalendæ ſunt Nouembris, vos valete lectores æqui, & amici: valete, & inimici, quos etiam diligo, & docere conor.

FINIS.

MOLTO ILLVSTRE, & Eccellentiſs. Signor, & Padrone Oſſeruandiſſimo.

# SIGNOR PIETRO CASTELLO

*LETTORE PRIMARIO DI MEDICINA in Meſſina.*

VN Speciale qui in Roma há publicato per vero Opobalſamo vn certo liquore mandatoli da Venetia ſotto queſto nome, di color torbido, di odore raſinoſo quaſi, che di Ginepro, e Therebinto, di ſapore vn poco amaro, con qualche aſtringentia. gocciato nel acqua ſcende al fondo, poſcia diffondendoſi viene di ſopra, e perche non corriſponde alle note aſſegnate al ſincero da Theoph. Dioſc. Gal. Plinio, & Auicenna, &c. ne tan poco in tutte quelle, che mette Proſpero Alpino, cioè nella ſuauità del odore, quagliar il latte, &c.

Il noſtro Collegio deſideroſo di certezza in coſa coſi principale, del quale gl'antichi, e moderni, ne ſono ſtati ſi ſcarſi, e ſempre ſoſpetti d'adulteratione. confidato nel valore, integrità, e gentilezza ſua, hà reſoluto darne parte a lei a cui queſte, & altre megliori raggioni ſono note, e manifeſte, pregandola ſi degni per beneficio publico, & honore del noſtro desiderio del Collegio,

Collegio, fargli intendere in che concetto tenghi queſto ſuppoſto Opobalſamo, atteſo che il detto dice offerſene ſeruito anco Gio. Pona Spetiale Veroneſe: che il tutto riceuerà per fauore, e gratia ſingolariſsima. e li bacia le mani. Roma 22. Settembre. 1639.

Di V.S. Molto Illuſtre, & Eccellentiſs.

Deuotiſſimi, et Affettionatiſs. Seru.

✠ Il Collegio, e Conſoli de Spetiali di Roma.

Locus Sigilli. ✠

✠

✠ ✠ ✠

Illu-

Illuſtri Signori

# CONSOLI DEL COLLEGIO de Spetiali di Roma, Signori, & Padroni Oſſeruandiſſimi.

DEll' hauer io ſempre portato particolar affetto al Collegio de Spetiali di Roma, ſegno euidente ne poſſono eſſere le mie fatiche in ſuo ſeruigio fatte, come quando in ſua diffeſa ſcriſſi il libro della Duratione de i medicamenti; indi per diffeſa de Spetiali particolari, il libro del modo del ſeccare i ſemplici, e l'altro del Elettuario Roſato, di più per l'honore di quelli, che faceuano la Theriaca in Roma ſcriſſi del ſoſtituto del Opobalſamo: ne di ciò contento per l'utile publico de Spetiali feci la mia Pharmaceutica, & finalmente l'Annotationi al Antidotario Romano, con il ſuo Memoriale, e per eſſer io ſtato fin hora tanto affettionato à si degno Collegio, hora parmi riceuere parte del premio delle mie fatiche, e d'eſſer molto dalle SS. VV. Illuſtri fauorito. mentre riceuo i loro comandamenti. comandamenti in vero giuſti, ſaggi, e prudenti; poiche mi comandano, che per il beneficio publico, & honore di si Illuſtre Collegio gli voglia far intendere in che concetto io tenga il ſuppoſto Opobalſamo. del quale io credo, che veramente ſi ſia ſeruito il Pona, & il Calceolario Spetiali Veroneſi, dotti, ſaggi, diligenti, e ſempliciſti eminenti. Mà ammirro aſſai la ſaggiezza delle S.S. V. V. Illuſtri, che non si fidando, in coſa di tanta importanza del proprio perfettiſſimo giudicio, e della diligentiſſima eſperienza habbiano anco voluto conſigliarſi meco, tanto loro ſuiſcerato amico, e ſeruitore. Mà chi non ſoſpettarebbe falſo vn

affetto al Collegio

lode del Collegio

liquore, che gli antichi ſi diffidauano di poter hauerlo ſincero? ſe crediamo alle parole di Theoph. di Dioſ. di Plinio, e di Galeno. i quali pare, che teneſſero quaſi impoſſibile, che del ſincero ne veniſſe fuori del ſuo paeſe. nè per molti ſecoli non eſſendo comparso in Europa. doue è ſtato tanto tempo naſcoſto, è carcerato? che longo ſonno ha fatto? Ma che hora ſi ſia ſuegliato, e puro, e nudo á noi venuto ſia, pare impoſſibile il crederlo. Ne io lo crederei, come non lo credeuo, quando ſtampai l'Antidotario. ſe non lo haueſſe prouato, & eſperimentato in più maniere, in tutte le note da gl'autori ſcritte, e trouatele correſpõdenti al legitimo. Onde non hò potuto fare di non riceuerlo, e confeſſarlo per vero, reale, ſincero, freſco, e puro, e di ciò ne hò voluto auuiſare il V. V. Collegio, come mi há comandato, acciò non ne dubitino più, e ſtiano ſecuriſſimi, che al mio parere, il vero Balſamo, ſia per volontà Diuina, ſcampato dalle mani de Barbari, per ſeruire i Romani.

Opobalſamo vero

Mà non vorrei, che le Signorie voſtre prudentiſs. ſi gabbaſſero nel fare le proue del Balſamo, come hò ſaputo che Medici Eccellentiſs. & eſperti ſpetiali in ciò hanno errato. onde auertano, che quando gli Antichi ſcriſſero, che meſſo nell'acqua *lacteſcit.* non vole dire *lacteam facit aquam,* mà che eſſo *lacte fit* paſſiuo. coſi non aſpettate, che vi faccia l'acqua latticinosa. leggete la quæſt. 24. oue trouarete, che baſta, che l'Opobalſamo ſtillato nel acqua iui ſi congeli in forma bianca di latte, e queſto è *lacteſcere*. poſciache ò dalla frigiditá dell'acqua patendo ſi condenſa, e congela, ò dal calore s'indura: e Plinio diſſe *denſatur*, e non diſſe *denſat aquam*, ne meno *lactefacit*. onde in vano dal vero Opobalſamo ricercarete, che renda l'acqua latticinoſa. eſſendo che l'Autori dicano, che

errore primo.

eſſo debba eſſer quello, che pigli la forma del latte, e non l'acqua. E ſe poi cercarete che ſi congeli il latte come dal quaglio, *in vanum laborabitis*. biſogna, che leggiate Dioſcoride. *ſyncerus in aqua, aut lacte celerrime liquatur color q lacteſcit*. dunque. *in lacte liquatur & colore lacteſcit*: cioè liquefatto nel latte, appariſce nel *colore* di latte. e non nella ſoſtanza. ſe ſi deue liquefare nel latte, come fà nel acqua. baſtarà che eſſo ſi coaguli in forma di latte coagulato. e per coagulare anco il latte vi vole aſſai Opobalſamo, & Opobalſamo freſchiſſimo, che ſia anco in forma eſſo di latte. ò habbia vn poco del acetoſo. coſi hauendo il ſapore del coagulo, (il quale non e altro, che latte inacetito nel ventricello dell'Animale) hauerà anco la facoltà del coagulare. altrimenti nò.

errore ſecondo.

Il terzo errore nel quale potrete facilmente incorrere ſarà nella proua delle Macchie. perche, ſe voi penſaſte di inſuppare bene vn drappo con il Balſamo, e ſtropicciarlo aſſai, acció la ſoſtanza del Opobalsamo lo penetri tutto, e poi voleſſiuo con l'acqua leuarlo, dimoſtrareſte vna grand'ignoranza delle ſcritture antiche, e della lingua græca, e latina, vedete di gratia quanto ne hó ſcritto alla Quæſt. 21. e conſiderate, che Dioſcoride ſcriſſe in ſuo linguaggio. ἐπισαγγεὶς. & tutti l'interpreti conuertono *inſtillatus*, & *guttatim*. e nō dice imbeuerato, e ſtroppicciato. ma gittato ſopra il panno caprino à goccie, e leggiermente. e ſe volete fare come inſegnò Simeone Sethi. gocciate nel acqua prima l'Opobalſamo, poi eſtratto dall'acqua gocciatelo ſopra il pāno, e vederete, che nō vi laſcia la macchia. ò fate in queſto altro modo, ſtillatene vna goccia ſopra vn pezzetto di Ciambellotto, ò baracane, e ſubito ponetelo nel acqua, e vedrete ādare il Balſamo alla ſuperficie del acqua. io per farne tutte l'eſperienze ne poſi al-

errore terzo

cune

Eſperienza

cune goccie ſopra vn pezzo di baracane di colore cinericco, vi fece vna brutta macchia negrigna, e dura, perche era pur reſinoso, non volſi lauarla, tra due meſi riguardai il drappo trouai l'isteſſa macchia, e di ſoſtanza duretta la ſtropicciai, & il Balſamo ſe n'andò via in poluere reſtando ſenza macchia, e coſi dico, che ſi debbano fare l'eſperienze del Balſamo, e non ſenza giuditio ſtropicciarlo bene, e alla deſpettosa, e poi voler con vn poco d'acqua leuar la macchia! coſa impoſſibile, & incredibile anco à putti, di gratia non vogliano fare ſpropoſitare l'antichi, e farli dire, che vna reſina viſcoſiſſima, che arde facilmente, come l'altre reſine, che s'attacchi alla mano, e non al panno? e chi lo crederà?

Queſto è quanto per hora ſuccintamente gli poſſo ſcriuere, tra poco gli manderò l'esatto esame fatto da me, intorno le proue di queſto liquore, acciò conoſcano quanta diligẽtia io habbia vſato per ſeruire le SS. VV. Illuſtri. & inueſtigare il vero Balſamo, & ogni volta, che ſi degnaranno fauorirmi de i loro comandamenti, mi trouaranno ſincero, intiero, e prontiſſimo á ſeruirli. N. S. li feliciti. di Meſſina li 20. d'Ottobre 1639.

Delle SS. VV. Illuſtri.

Affettionatiſs. ſeru.

Pietro Caſtello.

Molto

Molto Illuſtre, & Eccellentiſſimo Signor mio Padrone Oſſeruandiſſimo.

# SIGNOR PIETRO CASTELLO.

NEl' leggere l'Antidotario Romano di nuouo ſtampato, quale fù tradotto in volgare dalla B. M. di Hippolito Ciccarelli, & viſto la parte aggiunta da V.S. & particolarmente nel trattato di Theriaca, mi ſono in quell'inſtante innamorato del ſuo ben dire, & conſeguentemente dedicato ſuo vero ſeruitore, & tra l'altre coſe è di marauiglia l'appago, che riceue il Lettore ſopra il fermentare la Theriaca, eſſere tanto eſſentiale, & trà l'altre, queſto preſente Anno hò fatto l'apparato di Theriaca in publica piazza per tre giorni continui sù la piazza della Doghana, doue esercito la Spetiaria, nella quale hò fatto vedere il vero balſamo della Giudea delli Antichi, del quale è ſtato fatto proua da molti intelligenti, & particolarmente dal Sig. Caualier del Pozzo Coppiero del Eminentiſsimo Padrone, come V.S. beniſsimo sà, & in vltimo dal Collegio de Medici, dal quale è ſtato approuato, come dall'altri tutti, & ſottoſcritto, e per maggiore autenticatione hò voluto mandarne á V.S. vn caraffino, acciò ſi degni farne quelle eſperienze neceſſarie, & dirmi il ſuo ſenſo, ſtimandolo ſopra ad'ogn'altro, & il Sig. Gio. Battiſta Paulucci hoggi Spetiale di N.S. ſi è trouato preſente mentre ſcriueuo, & hà ſtimato molto queſta mia resolutione in mandare à V.S. queſto Balsamo, qual Sig. Gio. Battiſta saluta, & reueriſce V.S. con tutto il cuore. In oltre la ſupplico fauorirmi, dirmi ſopra che hà ſcritto nel detto Antidotario

Teriaca fatta in Roma.

che

Dubio.

che la Theriaca ſi deue fare di Primauera; dico dirmi ſopra ciò vn mio dubbio, ò penſiero il ſuo giuditio, e parere, quale è queſto, che douendoſi compor la Theriaca di Primauera non é dubbio, che li trociſci di Scilla ſi conſerueriano beniſſimo à quel tempo, e più ancora facendoli nel tempo del metere, come comandano tutti, & che conferma V.S., & al detto tempo di Primauera fare li troc. di Vipere, & poi compor la Theriaca, quale per venire su li giorni caldi, come V.S. dice, ſtimo eſſere di gran profitto al cōpoſto; mà il dubbio è queſto, che ci sono molti ſemplici, come la Centaurea, Calamento, Rose, Scordio, Camedrio, Camepitio, che in queſto tempo poſſono perdere aſſai di loro virtù; mà per rimediare à queſto, dico, che di queſto tempo preſente hauendo ogni coſa all'ordine, & in ſuo proprio eſſere, chi faceſſe le poluere di tutte quelle cose, che è solito triturare, & quelle metterle in vaso di vetro, ò vetriato di bocca alquanto ſtretta bene ammaſſate, & il vaso bene ſerrato, & ſaluarle alla Primauera, & a quel tempo compor la Theriaca, domando à V.S. ſe approua queſta conſeruatione di Poluere in queſta maniera, meglio di mettere quelli ſemplici già detti, de quali aſſolutamente di quel tempo ſarebbe deteriorato virtù, & queſto per molta eſperienza fatta, & oſſeruanza; non ſolo da me; mà dal Ciccarello mio Maſtro di 6. anni, quale fù oſſeruāte in molte cose per poterne dar ragione, che se queſto V. S. mi concede, come credo, ſtimando io douerſi queſte poluere boniſſimo conſeruare, dico per la praticha, che tengho, e per il deſiderio, che ho di far le cose nel meglio modo poſſibile, che il compoſto ſia per cōſeguire molto meglio i ſuoi tutti requiſiti, di primauera, che di Settembre, non potendoſi prima fare, perche nō habiamo l'Hipericon prima di 20. di Luglio, &

Tempo di fare la Teriaca.

anche

anche più tardi, che ſia compito, come ſi ricerca, & altri ſemplici, come V. S. meglio di mè sà, & quanto al fermentare la Theriaca, ſe io diceſſi eſſere ſolo à farlo credo non dire bugia, & quando ſarà compita nè manderò vn vaſo à V. S. acciò mi fauoriſca farne quella eſperienza opportuna, per potermi dire, se ſia buona: il penſiero ſcritto da V. S. che ſi poſſi fare di Primauera è ſtato vn'auuiſo à quelli, che ne cõpongono 300. è più libre per volta, al che ci vuole libre 96. di ſpetie, che à radurle alla ſottigliezza da eſſe ricercata non baſta doi meſi, & cominciandoſi il cõposto di Agoſto, viene paſſando tutto Settembre auãti ſi ſia fatta la miſtione, quando peró lo Spetiale ſarà ſollecito, ma ben ſpeſſo paſſa Nouembre, che non è all'ordine per fare la miſtione, come hò viſto io più volte à queſti Theriacanti di queſti tempi, ſi che per libr. 150. dico ſi poſſi fare di queſti tempi, cominciando la fermentatione il primo di Settembre, per 40. giorni, ſi puole anche riceuere beneficio competente dal Sole, potendoſi anche rimediare, doue dice Galeno, il Maranta, & altri, che ſi maneggi per quaranta giorni al *S*ole, mà in queſto tempo ogni cinque giorni, ſi che in quaranta giorni ſi douerebbe maneggiare otto volte, & chi il ſole fugge, & ſi affredda ſi puole ció fare ogni giorno per le cauſe ſudette. queſto lo dico, acciò V. S. ſi degni darme quel conſeglio, che lei sá, ſtimandolo, come ho detto grandemente, & l'incommodo, che li dò, & arroganza, che mi piglio con lei; ne incolpi quelle parole da lei ſtampate, quale non hanno pari, perchi deſidera ben comporre: mi diſpiace non hauer hauuto con lei commercio, e ſeruitù mentre ſtaua quà, che mi ſarebbe profittato molto, queſta la riceuera per mano di Gentil'huomo Lucchese con il vaſetto di Balsamo, mi fa-

errore de speciali

uoriſca, che oltre l'obligo perpetuo in me conſeruante, piacerá anche quá a molti, e per fine li fò humill. reuerenza. Dio la conſoli, & proſperi nelle felicitá. Roma 13. Agoſto 1639.

Di V. S. Molto Illuſt. & Eccellentiſſ.

Obligatiſſimo Seruidore.

Antonio Manfredo Spet.

## RISPOSTA DI PIETRO CASTELLI.

CHE ſtimi V. S. il mio giuditio, & il mio ſenſo del ſuo Opobalſamo, mi è fauore non ordinario; di cui l'Illuſt. Sig. Caualliero Caſſiano del Pozzo, come aſſai nobile, ricco, e gentile, coſi altretanto virtuoſo, e de virtuoſi Mecenate ſi ſia degnato veder le proue, non mi marauiglio; perche già sò, che ogni coſa noua, ogni coſa bella, ogni coſa degna d'eſſer veduta, corre al fautore delle virtù. mà che di S. S. vi ſia l'applauſo mi congratulo aſſai con V.S. e che anco al Signor Gio. Battiſta Paulucci, per la ſua peritia, eſperientia, diligenza, e fedeltà meritiſſimo Spetiale di N. S. piaccia, ſommamente ne godo. mà finalmente intendendo, che ſia ſtato approuato dal Eccell. Protomedico, e Priore del Collegio de SS. Medici, dal mio Zacchia, dal mio Manelfi, da Baldo, da Menghino,

Caualier del Pozzo Mecenate.

e dal Erudito Bonanni, e da altri huomini Illuſt. & Eccell. del detto Collegio. mi ammutii, non sapēdo che dir altro, ſe non riceuere per gratia ſingolariſſima, il poter ſottoſcriuere la ſentenza data da queſti Eccell. SS. perche sò, che con sommo giuditio è ſtata data: in queſto che io voleuo ſottoſcriuermi alla sentenza del mio Eccell. Collegio, ecco che lo Spettabil Collegio de SS. Speciali di Roma, ſapendo la mia integrità. mi fauori di dimandarmi anchi egli il mio parere di coteſto Balſamo, queſto Collegio non moueſi, se non da zelo chriſtiano, da grand' eſperienza, e gran valore. Amici molti mi ſcriuono, che la verità dimoſtri, onde ſoſpeſo, e ricordeuole, che *amicus Socrates, amicus* Plato; *ſed magis amica veritas*, vedendo, che doueuo far l'officio del Giudice, dubbioſo à qual parte la verità fauoriſſe; mi ſono sforzato con qualche poco di diligenza, inueſtigarne la verità, poiche tutti queſti Eccell. & prudent. Collegij non bramano altro, che la verità. dunque douendo eſſer Giudice giuſto, il quale lontano dalle parti non ſia appaſſionato, hó voluto dare ſentenza Rotale, ſententiando diſtintamente ogni punto, & ogni queſito, e non potendo eſſere chiaro, e breue. habbia pacientia V.S. ſe sono lungo, diffuſo, e replico nell'altri queſiti, qualche coſa. in fine l'Eſſamina di queſto Opobalſamo mi è riuſcita vn poco lunga; má lodato ſia Dio, mi pare d'hauerli fatto dire la verità. Hor ſi come l'Eſſaminatione del Opobalſamo eccede i termini di breuità, cosi per eſſer ſtracco di ſcriuere, e per altri negotii, non vorrei che V.S. mi diceſſe troppo breue, nel difendere il tempo della Teriaca, farò dunque loquace, quanto queſto foglio lo permetterà. Collegio de Speciali. medo di procedere

Diſſi già, che la Teriaca ſi doueua comporre nella

primauera, e parmi nel Antidotario hauerlo prouato chiaro; Hor non piacemi, che V.S. legga le mie annotationi in quel ripezzamento con il Ceccarello; ma nel mio Antidotario in foglio, e quello, che io diſſi non fù mio capriccio, mà per il precetto di Galeno, & oſſeruanza di molti eſercitati Speciali nella compoſitione della Teriaca, ne tengo, che vi ſia coſa alcuna, che faccia difficile il comporre la Teriaca la Primauera. E ben vero che io nel mio Memoriale, nel Luglio hò aſſegnato il tempo della miſtione della Teriaca, non perche non ſi poſſa prima nel Giugno, ò nel Maggio; mà per più commodità dello ſpetiale, che hauēdo in tal tempo compito di fare le polueri, potrà fare la miſtione, e se ſi faceſſe il Maggio con i ſemplici raccolti l'eſtate auanti, chi potrá dire, che detti sẽplici non ſiano in vigore? io tengo per certo, che Andromaco, Critone, Galeno, e tutti gl'altri, che componeuano in Roma la Teriaca per l'Imperatori la primauera, con i ſemplici portati da Candia, la faceſſero con i ſemplici dell'anno auanti. Ma che dico io? ſe li semplici raccolti l'Agoſto ſi mettono il Maggio nella compoſitione, ſono freſchi, di quell'anno, e non ſono paſſati, ſe non 8. ò 9. meſi dalla loro raccolta, ne dubiti alcun ſpetiale, che la Centaurea, il Calamento, lo Scordio, il Polio, il Camedrio, il Camepitio, il Dittamo, il Marrubio, la Stechade raccolte l'eſtate, ben ſeccate, e conſeruate non vagliano per la Teriaca, tra 7. ò 8. meſi, che ſe ciò fuſſe non accaderebbe ſeccar herbe, e se non ſi deue dubitare delle herbe, molto meno delli ſemi, del Orobo, del Napo, del Petroſelino Macedonico, del Aniſo, del Seſeli, del Finocchio, del Thlaſpi, e del Ammi; perche in capo al Anno ſi douerebbe anco dire, che non vagliono per ſeminarſi. e chi rifiutaſſe le radici del Pentaphyl-

lo,

Margin notes:
tempo di far la Teriaca
explicatione del Memoriale
i ſemi ſono freſchi tra vn anno

lo, del Meo, del Phu, della Gentiana, dell'Ariſtolochia, e del Iride, perche hanno paſſato mezz'anno della loro raccolta. biſognarebbe, che anco cercaſſe d'vn meſe, lo Spiconardo, il Rapontico, il Zenzero, &c. in concluſione facendo la Teriaca il Maggio, con i ſemplici l'eſtate auanti raccolti, i quali per nõ hauer paſſato l'anno ſono perfettiſſimi, giudico, che ſia ben fatta, alla vſanza di Galeno, e chi penſa di farla meglio di Galeno, non sò ſe lo debbo chiamare arrogante, ò ignorante, ſi prenda egli, quel nome che piu gli piace. V.S. laſci dire gl'inuidioſi, attenda ad attioni virtuoſe, come hà cominciato. Hà penſato V.S. giuditioſamente di far prima le polueri, acciò con l'aſpettare in ſino á primauera l'herbe, & i fiori non ſuaniſcano. io per me non lo giudico ben fatto (mi perdoni, che ſon filoſofo, & homo libero, la dico come la sento) perche se bene ſtanno in vaſo ben chiuſo, ſuaniſcono, e meglio ſi conſeruano intieri, che in poluere, e ne vedemo l'eſperienza, che il grano meglio ſi conſerua intiero, che in farina, la cannella, e tutti gl'aromati ſi conſeruano meglio intieri, che in poluere, le ſpetie aromatiche tutti gl'Antidotarij vogliono, che non paſſino l'anno, & pure gl'ingredienti intieri ſono di più durata; vedete che i ſemi Oleaginoſi come Amandole, Auellane, Nocci, Melloni, Pignoli, &c. non dirò peſti, ma ſolamenti ſcorzati. preſto rancidiſcono non durano vn meſe, che intieri con le ſue ſcorze dureranno anni. penſi V.S. che ſi conſerua meglio vn pomo in più parti, ò intiero? l'vua con il ſuo racemo appeſa, ò i grani ſeparati? il vino in vna gran botte, ó in fiaſchetti; io tengo che ſia megio conſeruare ogni coſa intiera: il Maggio, ò prima cominciare a diſpenſare l'ingredienti della Teriaca, e poi peſtarli, ſubbito finiti di pe-

Teriaca fatta di Maggio ottima

le poluerìdi poco durata

ſtare,

ſtare, che ſarà il Giugno, al più il Luglio, ſi faccia la miſtione per poter fare la fermentatione l'eſtate. con queſto farò fine per hora. di Meſſina li 15. di Nouembre 1639.

# Pietro Caſtello Romano.

*Illuſtri, & admodum Excell. viro*

PETRO CASTELLO.

S.D. LEONARDVS GISLENVS Romanus

*Medicus Archiater.*

GRatulor, & gaudeo, Virtuti tuæ (Doctiſſime Caſtelle) meritas tibi datas dignitatis, & vtilitatis, & hoc officii genus, iam pridem ex animo, mihi amiciſſimo tui, peragendum erat, ad præſens, occaſio cogit de Balſamo disquiſitionis; Nam & ad publicam vtilitatem, & pro veritate ſcribentem, nemo eſt. qui deteſtari, vel reprehendi poſſit, ex vlla cauſa. Sum etenim tertius ex Archiatris Collegij Romani, nec contra Collegium ſcribere, iuramento obligatus. At quia Exellentiſſ. D. Protomed. & alii ſine Collegii disquiſitione, in tam noua Balſami veri orientalis natiui ex planta, approbarint. allatum, mihi nouum,& difficile fuit. Cum verum Balſamum in Hortis Salomonis in Iudæa. exciſum, obliteratum, & ſilentio obductum a tot ſeculis appareat, & vbiq;

terra-

terrarum: Antidotarii, ſequentes Romanum Antidotarium illi ſubſtituant alia farmaca, vti in mea narratione videre eſt, & recamantibus ſenioribus Pharmacopolis. per libellum S. D.N. Vrbano viij. prolatum, res Eccell. D. meo Thaddæo Colliculæ, & primario Vrbis Medico Io. Iacobo, Olim Eminentiſs. Cardinalis Burgheſij Medico. Delata pendeat indeciſa. Viſum eſt, ſic poſtulante D. Io. Ant. Veſti. integram narrationem Balſami a me deſcriptam ſub duobus capitulis ad te mittere, & inſimul ſpecimen huius nuper ad Vrbem aduecti Balſami. vt ex oraculo Appollinis, in ſimilibus, tanquam va e (Docte Petre) habeamus cenſuram. An dotibus minime correſpondens Balſamum hoc, pro vero ſit recipiendum, vel reiciendum. Interim me tui obſeruantiſs. & amantiſs. Habeto, & mea qualiacumque ſint liberè, tuæ eruditioni ſubicio. Vale, & me ama. Romæ Octob. 5. 1639.

Tui deditiſſimus.

Leonardus Gislenus Med. Rom.

*Illuſtri, & Admodum Excell. viro.*

LEONARDO GISLENO ROMANO

Medico Archiatro.

PETRVS CASTELLVS ROMANVS

Colleg. Meſſ. Archiater, Decanus, &c.

S. D.

QVas ad me miſiſti litteras, Opobalſami portiunculam, & de ipſo diſquiſitionem, gratiſſimæ

eæ omnes mih fuere; cum amicitiæ inter nos ſyncerę, veteriſq; nec obliteratæ apud te mei memoriæ ſint ſymbolum, quod mihi maxime volupe eſt. At munus, vt rependam, cum Ouidio dicam.

*Caſtellus ſiculæ iam non nouus incola terræ.*
*Hoc tibi de Zancleo littore mittit opus.*
*Si vacat, hoſpitio peregrinos, Docte libellos.*
*Excipe dumq; aliquo, quolibet abde loco.*
*Publica qui audent inter monumenta venire.*

Profecto de Opobalſamo ſcripſeram ego rogatus, paulò ante, quam ad me tu ſcriberes. iſtudq; Opobalſamum nuncupatum exquiſitiſſimo examini iam ſubieceram; ſed lectis tuis, gaudium meum in triſtitiam fuiſſet conuerſum, cum noſcerem nos amiciſſimos, qui pro Amicitiæ lege idem ſentire deberemus. nam.

*Alter ego eſt verus, multumq; probatus amicus.*

Ni perlegens tuas aduertiſſem, te meam requirere cenſuram. *An Dotibus minime correſpondens Balſamum hoc pro vero ſit recipiendum, vel reijciendum.* quo cognoui te veritatem diligere, & pro veritate, ſententiam te libere commutaturum; vnde ſtatim illud Ciceronis in Lælium, venit in mentem. Vt monere, & moneri proprium eſt veræ amicitiæ, & alterum libere facere, non aſpere, alterum patienter accipere, non repugnanter; ſic habendum nullam in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quam adulationem, blunditias, aſſentationem. Quare pro ea, q; eſt inter nos vetus amicitia, patieris legere, quæ de Opobalſamo ante ſcripſerã. Nec ægre feres aliqua ad tuas doctas, & elegantes ratiocinationes reſpondere, vt ſimul veritatem, quæ noſtrum amborum ſcopus eſt, aſſequamur. dicebat enim Auguſtinus Sanctus, non omnis, qui parcit, amicus eſt, nec omnis, qui verberat, inimicus. Porrò cum cognouerim ob diligentiſſimum exa-

S. Auguſtinus.

men Opobalſamum oblatum eſſe legittimum Arabicum Antiquorum Opobalsamum, tuæ ratiocinationi in Epiſtola poſitæ reſpondere facillimum duco. namque conceſſo tibi Salomonis Hortum, & Balſami in eo cultas plantas, fuiſſe obliteratas, exciſaſque, non tamen ſequitur, e Mundo eas eſſe deletas. Saba ex Arabia detulit in Iudæam non omnes; ſed aliquot, quæ latæ fuere plantę, aruere. remanſerunt matres in Arabia eiusdem omnino generis. dices forsan, Arabicum Balſamum, non eſſe Iudaicum Balſamum. non tamen negabis eſſe Balſamum. Quod autem Romanũ Antidotarium aliud ſubſtituat, non probat Balſamum è Mundo eſſe deletum; ſed ad nos non afferri copiosè. Quod verò Pharmacopolæ, ſeu Collegium Aromatariorum Vrbis id non receperint. prudenter fuit factum, & eos ego laudaui. quia veritatem diligunt. cum deinde ais, in hac cauſa à ſummo Pontifice delectos eſſe Iudices Vrbanos doctiſſimos, ſumme gaudeo. qui meam ſententiam legentes, ſpero fore, vt confirment. licet non ſit è tripode Apollineo, nec à ſummo Vate; (cum tantum non mihi aſſumam) ſed a diligentiſſimo indagatore veritatis prolata; ſed permitte quæſo, vt tuas doctas disquiſitiones legam, & pro veritate reſoluã quod breuibus complebo. interim me tibi cõmẽdo. Vale Meſſanæ. 12. Nouemb. 1639. reſpõdetur ad allata

Tui deditiſſimus

**Petrus Caſtellus Romanus.**

Archiater, & Decan. Meſs.

Collegii Med. &c.

## DE RECENTI BALSAMO pro Orientali in Vrbe aduecto Diſquiſitio

### AVCTORE EVONIMO.

num. 1. EXcellentiſs. D. D. Rogatus ego, Euonimus, vt pro veritate ſcribam. quid ſentiam de nuper approbato Balſamo naturali ex Oriente, vti ſchedula prædicabat in compoſitione Theriacæ magnifici D. Antonii Manfridii, viſũ eſt ad excitandos in arte peritos, & ad communem vtilitatem rem paucis tractare. Vt ſi per Collegium Medicorum hoc recenter aduectum, pro vero Balſamo recognoſcatur; gratias agamus de tam vtili, & prædicato Aromate. Sed per Collegium integrum quando conuocatum non fuerit, ad huius diſquiſitionem, adhuc probatum, nequaquã affirmari poteſt. Sin minus hoc Balſamum non ſit. Fraus detegatur, ex approbatione, vel reiectione qualitatum in iſto, traditarum à Claſſicis Authoribus illius approbationis, à ſenſatis, & peritis, in recognoſcendis ſimilibus, eiiciatur.

num. 2. Ac primo velim DD. mei recognoscant Antidotarium Romanum. In quo matura deliberatione, per tot ſęcula ſtatutum fuit. In Opobalſami ſuccedaneo: poni debere Balſamum Occidentale, de quo Garzias ab orto, & ſi longe diuerſas arbores ponat in Occidente, Pini altitudine, folio diuerſo a tradito a Dioſc. Plinio, & Theophr. tamen ob excell. odoris, & fragrantiam etiam Summi Pontifices in Indiæ regionibus, quod poſſit, & in noua Hiſpania vbi naſcitur, & vbique terrarum in nouo Mundo, in cõſecrando Chriſmate adhiberi. Bullæ exiſtunt; ſed ſi credimus Pharmacopęo Siculo Meſſanenſi. qui omnes nominat, qui vbique terrarum pro Balſamo naturali ex oriente ſuccedaneum ponunt. oleum ex nuce muſcata. Noſtri

Romani Antidotarii authoritas maior erit, nam dicit ſolummodo uim habere Balſami veri orientalis oleum è Chariofillis, & è nuce muſcata.

Quæ conſuetudo, nè prætioſiſſima Thericę compoſitio; mortalibus deſit, ad hoc vſq; temporis, ſemper vbiq; terrarum probata fuit. quod, & doctiſſimi Medici, & periti Pharmacopolæ ſemper affirmarunt, ſcilicet, Balſami ſuccum, lignum, ſemen verum, hoc tempore orientale naturale non inveniri.

Sed rem cominus diſcutiendã proponamus in tanta rei diſtinguendæ, & probandæ difficultate, cũ nemo ſit medicorũ in Vrbe, ad cuius manus verũ Balſamũ oriẽtale deuenerit. quęſtio igitur tota duabus propoſitionibus continetur. Prima. An ſit veriſimile Balſamũ orientale. Hoc tempore dari non poſſe. Secunda. An propoſitum Balſamum, & ab aliquibus approbatum pro Balſamo orientali; ſit verum Balſamum orientale, de quo Plinius, Theophr. Dioſ. Solinus, Strabo, &c. notas, & qualitates tam diſtintas deſcripſere in ſuis voluminibus,

Ac de primo capite ſcilicet. an hoc tempore Balſamum orientis dari, nec inueniri poſſit: Habenda primum videtur diſtinctio, nam orientis regio quarta *num. 3.*
pars mundi eſt; ſed hac voce in orienti vtimur ad diſtinctionẽ occidentis noui orbis reperti a Caſtilianis, poſt Indias detectas, & amplius de illa ſolum parte orientis loquimur, vbi in Iudea, Ægypto nobiliſſimum, & odoratiſſimum Balſamum naſcebatur, cultum in Hortis, in gloria Salomonis, ob cultum Templi. De qua quæſtione primum declarandum videtur, an vere fuerint Balſami horti in Iudæa, & Ægypto, quo tempore, & *num. 4.*
quod nam balſamum, ex illis regionibus. Secundo. An per mutationes Imperatorum, Prouinciarum deuaſtationes, excidia populorum, Templi Dei in Hieroſoli-

mis deſolationẽ Titi Hieroſolimæ deuaſtationem, horti illi, in quibus Balſami plantæ deuaſtati, & deſerti inueniantur, quibus probatis verum Balſamum, & genuinum, ſaltem tale, quale à Dioſcoride, Theoph. Plinio deſcribitur in qualitatibus probari non poſſit concludendum videtur.

*num.* 5. De primo capite. Quod in Iudæa, & Ægipto fuerint horti Salamonis, in quibus Balſami plantæ colebantur, & à quibus nobiliſſimum Balsamum extrahebatur, clarum, & indubitatum eſt. Primo. ex ſacra pagina. Secundo. *Plinius.* qui temporibus Veſpaſianor. hæc habet. in excidio á Tito illius Ciuitatis. ſeuiere, inquit, Iudæi in eam Arbuſculam, ſicut in vitam ſuam, contra defendere Romani, & dimicatũ pro frutice eſt. amplius Romæ viſam plantam in Triumpho Pompei deuicto Mitridate, & in Triumphis Veſpaſianorum; Ac tantæ fidei teſtimonium Plinii eſt vt Fiſcum Romanum Hortos illos regios, vnum xx. iugerum, alterum pauciorum reſtauratos, cultos, ex quibus Fiſci acceſſionem enumerat, tam de Opobalſamo quotannis, quam de viticularum, vel arbuſtorum amputatione ad 800. acceſſiſſe, ex xilobalſamo; addit, & hoc ſolum ſatis ad probandum in ſolo Iudeæ ſolo naſci Balſamum, quod eſt accipiendum. optimum ſcilicet, & perfecte cultum.

*num.* 6. Dioſcorides vero ſcribit, naſcitur Balſamum in Iudæa, & Ægypto. Theophraſtus. Naſcitur Balſamũ in quadã Valle Syriæ duobus in locis. vno iugerũ xx. altero minori, quaſi per verba Plinii loquatur, vel Plinius ab ipſo. Iuſtinus Hiſt. in Iudęa in valle Hyerico naſcitur Balſamum, quodam in loco vbi regale palatium, & hortus Balſami reperitur. Strabo lib. xvi. Geog. apud Sabæos Thus, Myrrha, Cinamomum, & in illorum finibus Balſamũ, de quo nato

in

in finibus Sabeorum dicimus non ſolum à Macrobio, & Panſania, ſed & a Diodoro Siculo in Bibliotecis affirmatum, apud Arabes Nabatheos in Conualle quadam, Balſamum quod vocant gigni, vnde luculentum ipſis vectigal accedit, propterea quod nuſquam in orbe terrarum, hæc ſtirps inuenitur, quæ plurimum quoque ad pharmaca vsum medicis præſtat. Affirmatum id ex Ioſepho His. lib. antiquit. In aduẽtu Reginæ Sabæ ſub nomine Eſter. in verbis Reginę beneficio Balſamũ in Iudæa propagatũ cũ plãtulas Balſami inter reliqua dona Salamoni, viuas, aſportauit.

Ex quibus duo puncta colliguntur fuiſſe tempore Salamonis in Iudæa tam cultos, & optimi Balſami feraces Hortos, vt de ſola Iudæa Plinius, & Dioſcor. & Theophr. ob excellentiam, de Balſamo prædicarent. Cum ſi de odore. Plinius omnibus odoribus præfertur Dioſc. odoratiſs. ſuauiſsimum. Ita reliqui. Et hoc eſt indubitatum, vel fuerit id Dei voluntate, vel cicuratione, & diligentiſſimo cultu, putatione, foſſione, raſtris, ablaqueatione, vtrumq; puto; cum cicuratio, & putatio, & foſſio, ad nobilitatem ſucci, & fructus plurimũ valeant. Secundo ꝙ plantæ in Iudea, & Ægypto prout videbimus infra aduenæ, non patriæ fuerint cum a Regina viuæ dono datæ Salamoni in Iudea viguerint, & in Ægypto teſtimonio Matthioli ob gloriam Soldanorum viguiſſent, & Bellonii teſtimonio ad paucas numero x. ad præſens vigeãt in Machera oppido prope Cairum, & de hoc capite ſatis. *num. 7*

De ſecundo verò capite. Quod per temporum, Imperatorum mutationes, cultorũ negligentias vaſtationes, excidia populorum, qui erant in hortis Iudeæ regiis, deuaſtati, & aboliti amplius non vigeant, nec de illis ſermo ſit; ſed perpetuum illis, ob Barbarorum imperium ſilentiũ ſit impoſitum; Patet apertè. *num. 8.*

Nam

Nam in captiuitate populi ab Antigono, tēpli excidio, & Regum illorum translatione ad Babilon, nec tēpli cultus, nec hortorum Balſami fuit per multos annos mentio, Ab Esdræ templi Dei Reſtauratore admitto, quod horti redditi, & culti fuerint; ſed a Titi quoque excidio, ob vectigal a Romano fiſco redditi, quid dicemus per interualla temporum a Tito per tot Imperatorum ſucceſſiones, de excurſionibus, finitimorum populorum. Adriani quoq; poſt nouā hæbreorum rebellionem, exterminationem, vſq; ad glorioſam expeditionē Gottifredi Buleonis, Chriſtianorū primi Regis Hieroſolimæ, & dominii continuationes per annos 80. In quorum hiſtoriis Balſami ſuccus nec plantæ, ne minimum quid. vnde indubitatum eſt; In regione Iudeæ, vbi optimum deſcribitur extinctas plantas omnimodè, nec de hortis Salamonis habitam mentionē. vnde his deficientibus, quid de Opobalſamo, aut xilobalſamo, & fructu loqnantur authores, non habent, ſublato enim fundamento corruunt cætera, loquor de Balſamo Iudeæ, de quo loquuntur Plinius, Theoph. Dioſ.

*num. 9.* His præmiſſis ſatis demonſtratur vanitas illorū, qui Balſamum Orientale prædicant naturale, ex qualitatum recognitione non probata, vt infra dicemus: manifeſtiſſime arguuntur ex annua miſſione R.P. Franciſcanorum de obſeruantia, qui quolibet anno, cum mittantur ad cultum ſancti ſepulchri D.N.Iesu Chriſti, & perpetuo frequentiſſime redeant optime informati, etiam de minimis, ne verbum quidem de Balſamo dicunt, & tantū morati per illa loca, & in valle Hyerico, non obſeruant niſi verbum Domini. Ecce relinquetur domus veſtra deſerta; prout deſerta, & ſine cultu videntur illa loca. Nec Alepi, in plateis, nec Hieroſolimæ amplius, ſicut Cinna-

momum

momum, & Balſamum aromatizzans videtur quid odorem dediſſe ſuauitatis; Ita teſtantur, & ita loquuntur frequentes peregrinationes; Conſules Venetorum ſi de tam prætioſo liquore ad hunc diem eſſet mentio; certiores nos feciſſent, quando Venetiis Collegium Medicorum ſubſtituit pro Balſamo, grana Iuniperi; poteſt id accipi, ac ſi Balſamum verum non reperiatur, cum a nauibus illorum cætera habeantur pharmaca orientis, & hac ſatis de primo cap. an dari poſſit Balſamum verum naturale, ex partibus Iudeæ, vti erat tempore Salamonis, & ex Iudea extractum, vel ex hortis, in Iudea ſitis.

De ſecundo vero capite. Circa qualitatum recognitionem. eſt in medium Galenus adducendus. ſecundo de Antidotis cap. 12. & 13. is namq; etiam ſuis tẽporibus, qui fuerunt Antonini in componenda Theriaca diligentiſſime tradit regulam ab ipſo obſeruatam cognoſcendi impoſturas, & falſitates Balſami, etiam ſuo tempore frequentiſſimas; his verbis cap. 12. licere vnicuique diſcere, tum alias omnes notas guſtui, & olfactui perceptas, quibus probatur medicamentum certiſſime agnoſci, & ab improbatis ſecernitur, & in quib⁹ etiam oculis quoq; perceptæ qualitates, haud parum vtilitatis afferunt, &c. nũ. 10.

Ita vt in odore, & guſtu, & viſu indagari debeant qualitates medicamentorum, & cap. 13. certam affert, regulã; ſcilicet ad loca iudeæ peragraui, & diſtillantẽ Balsamum obſeruaui, cuius particulam ad cæterorum comparationem mecum defero ad impoſturas, & calidiſſimas artes, quibus etiam peritiſſimos fallunt.

Quis eſt DD. mei, qui non dubitet ex his verbis Gal. de falſitate Balſami, ſummo iure, cum non habeamus verum ex cuius comparatione, falſum agnoſcatur; ſed videamus nunc an qualitatibus traditis corre-

ſpondeat ad præſens allatum tamquam a Cęlo aduectum.

De odoris ſuauitate, & excellentia: benè obſeruatum allatū nullas agnoſco qualitates ſeruatas: ſiquidem vix odor percipitur, naſo admoto. quin potius inſuauitas, & Plinius, ac reliqui ſuperare omnes excellentias odorum prædicant; ſuauiſſimum, & in longe diſtans efflare bonum odorem a parua, illius quantitate. ſaporem autem ſubauſterum habere, & ſuaue leue, gratum percipi. quis ex guſtu iſtas recognoſcet qualitates: ad Iudices appello peritos, & ſine liuore proprio ſenſu vera edicentes, &c.

*nū.* 11. Reliquas probationis conditiones non examino. quod maiori ſit opus experientia, & probatione. primo, ſi lac coagulatur. ſecundo, ſi macula in pannis non relinquatur, ſed odor. tertio, ſi non deſcendat, ſed diffundatur in aqua, & dilatetur in lac. quarto ſi ferrum inunctū ipso, excandeſcat per Symeonem Sethum, ſic de reliquis, de quibus poſtea indagatoribus curioſis, & peritis in arte. Curam relinquo; & hoc breuiter dixiſſe volui de Opobalſamo nuper aduecto. boni conſulant oro. Die 25. Septembris 1639.

Euonimus ita ſentit.

Et pro Euonimo Leonardus Gislenus.

His iam determinatis non obſtare affirmo, quæ *Proſper* Alpinus de *B*alſamo tradidit in Dialogis, noſtræ concluſioni; non dari amplius Balſami plantam in iudea, de qua, & eius ſucco, ligno, fructu loquuntur authores Dioſc. Theophr. Plin. nobis non nouum; ſed iam probatum natiuam non aduenam plantam Balſami apud arabes eſſe, & olim

fuiſſe

fuiſſe, prout Summus Deus illis Regionibus conceſſit. iuſta dictum Pœtæ; naſcuntur mõtibus Orni, & ferunt ſua thura Sabei; Siluas, & infinitas plantas obſeruari à Peregrinantibus Maometanis ad Mecham, & Medinam; In AEgypto Bellonium obſeruaſſe, & Simeonem Sethum, Plantas iſtas a Medina translatas, & à Meccha: addo teſtem Matthiolum, qui hortos addit Balſami Babilonicos obSultani magnificentiam, id totum concedo. ergo Balſamum adſportatum, vel a Mecha deductum eſt Balſamum verum deſcriptum à Dioſ. Plin. & Theophr. Nego conſequentiam, & ratio eſt, quia á Siluestribus plantis Balſami non cultis, non putatis, nou raſtris, & vdone cuſtoditis, Silueſtre, & Agreſte Balſamum elicitur, non ſuauiſſimo odore, vti de illo prædicant Plinius, omnes ſuauitate odores præcellere; Ac eam ego ſic exiſtimo: differentiam odoris facio, inter fructus agreſtis plantæ, & cu'tæ, quam inter Lambruſcam, & Ciambronem, vocatam vuam ſponte in dumetis naſcentem, ac eam, quam Amineam, ſeu Moſcatellum vocant hodie in vineis. Nonne Bellonii narratio de ſeptem aut decem plantis, quas ipſe vidit, teſtimonio confirmatur, quas folio raro, deciduo, non viridante deſcribit, quin potius ſuccum non ferentem plantam, & ipſe Alpinus, quæ planta Balſami in arenoſis naſcitur ea ſuccum non fert, quid dicemus de ſiluis incultis, & nunquam cicuratis.

Dubitatur primo an Alpinus viderit vnquam perpetua coma plantam Balſami viridantem. Cum diuerſam in Typo exprimat illam ab eius narratione per os Abdellæ Hebrei Medici, de quo infra.

Secundo. Cur ſi Venetæ Naues ab Alexandria in Italiam tantam referunt copiam Cinnamomi, Thuris, & Myrrhæ Aromatum in Arabia exiſtentium ex Stra-

M bone;

bone, Diodoro, &c. Cur Balſami, & Opobalſami, nec ligni, fructuſque: ſi ſiluæ tam immenſæ huius pręcioſi fructicis adſunt, non ferunt copiam?

An quia dixerim, ſilueſtre Balſamum paucum, & modici odoris refellitur, & in ſiluis, non cultum tale ſit, vnde non recipiatur. Prout recens aduectum cum Matthiolo, non recipi pro vero, & bonò non conſulo, qui omne Balſamum adſportatum ſine cõditionibus odoris, & guſtus, & reliquorum monet reiiciendum.

Alpinum dixi ſuſpectum, qui plantas viuas non viderit. Cum deſcriptioni plantæ, traditi icones in ſuo lib. non reſpondeant. Scribit enim in cap. de Planta. Habere folia rotunda ſimilia rutæ, quod Bellonius affirmat, & Therebinto. Vni neruo adherentia trina, quina, ſeptena, vt in Roſa, & Therebinto; hoc eſt Lentiſco. Icones duobus locis expreſſi demonſtrant plantas non foliis rotundis, ſed acuminatis, vti in vulgari Iaſmino, quare, &c.

Recens hoc Balſamum probandum igitur videtur. Cenſura diligenti: odore primũ, & ſapore ſecundo, cõſiſtentia, & colore tertio, ſi lac coaguletur ex eius gutta quarto. ſi macula in panno non reſideat: quinto. ſi dilatetur in aqua albo colore: ſexto. & ex Simeone Sitho, ſi ferrum excandeſcat in igne ſeptimo. & iſta ſatis pro nunc boni conſulant Rogo, & me habeant excuſatum pro veritate ſcribentem. Die ſupradicta 25. Septembris. 1639.

Euonimus idem.

Et pro Euonimo Leonardus Giſlenus.

SVM-

## SVMMARIVM
## DISQVISITIONIS IN BALSAMO.

*Excellentiſſimi*
*LEONARDI GISLENI*
*Archiatri Collegii Romani.*

*OCcaſio, & finis ſcribendi de Balſamo Orientali nuper aduecto.* *num. 1.*

Annotationes
**PETRI CASTELLI**
Romani.

NOn modo Diſquiſitionem, verum etiam Summarium Diſquiſitionis mittere voluiſti, nec parum miratus ſum, breuis diſquiſitionis, voluiſſe ſummarium conficere paulo minus ſummato; ſed aliquo miſterio a te factum reor; cenſebas nè me longioris ſermonis pertæſum, affectare breuitatem, atq; sūmaria? quid dices de meo prolixo tractatu? cum igitur duo ad me miſeris: Diſquiſitionem, & Summarium. quia commentari ſolent breuiora, vtpotè obſcuriora, ego ad tuum Summarium hęc annotabo, diſquiſitionem Euonimi intactam non relinquam. ne ægreferas amice, quia rogaſti, vt veritatem tibi propalarem, non autem, vt tibi ſubſcriberem.

Numero autem primo a te ſignato, occaſionem ſcribendi a te ſumptam agnoui, tu verò meā agnoſcès ex litteris Aromatariorum Romanorum, nuper à me editis. Finis, ſeu Scopus noſtrum amborum idem eſt, veritatis nempe inquiſitio. An autem pro ſimplici aliquo probando, vel reprobando, in Pharmaco-

poliis, in viſitationibus Aromatariorum, in compoſitionibus medicamentorum, ſufficiat Prothomedicus cum conſiliariis, vel requiratur cunctorum applauſus, ad rem meam non pertinet, qui nunquam obſeruaui à toto Collegio apotecas viſitari; ſed negotium Prothomedico committi.

num. 2. *Obſeruatio, & dignitas vbiq; terrarum Antidotarii Romani. & quid ſubſtituat pro Balſamo. loco Balſami veri. his temporibus, vel amiſſi cum planta, vel non probatis conditionibus, de quibus Auctores.*

Maximi certe facienda eſt Antidotarii Romani auctoritas, vt potè ab excellentiſſimis Medicis cõfecti; fatendumque omninò eſt, hoc, deficiente vero Opobalſamo, pro ipſo ſubſtituiſſe alia, vt legitur capite *de medicamentis ſubſtitutis*. primo loco *oleum è ſeminibus citri*. ſecundo loco. *Balſamum occidentale*. tertio. *Oleum è caryophillis*, quarto. *oleum è nuce miriſtica*. Tu vero Balſami Occidentalis tantum mentionẽ facis, ac ſi Antidotarium Romanum de iſto ſolo loqueretur; ſed te a Ceccarello deceptum fuiſſe ſuſpicor. qui in ſuis annotationibus ad Antidotarium Romanũ in Theriaca nigri balſami tantum meminit pro ſubſtituto. qua occaſione a Franciſco Pona accepta, librum de Balſamo contra Theriacantes Romanos edidit. nec vellem (Amice doctiſſime) decreta ſummi Collegii, cum annotationibus vnius Pharmacopœi te confundere. clarum autem eſt, excell. Collegium Romanum pro Opobalſami ſubſtituto ſimpliciter omnibus prætuliſſe, Ol. e ſemine citri. quia primo nominauit, ſi valet cõiectura, alias ex te tertius locus dignior erit. At in Deſcriptione Aureæ Alexãdrinæ ſcribit. *Balſami, vel olei e nuce miriſtica, ſeu è Cariophillis*. in Diacurcuma. *Opobalſami, vel olei Caryophillorum*. in Litho Trypton. *Op. vel Olei è ſemi. citri,*

ſubſtitut. Opobalſa.

*vel è nuce miriſtica.* in Mitridatio. *Opob. vel balsami: occident. vel Olei è ſemine citri.* & in Troch. Hedicrois. *Opobalſ. ideſt, Balſami Occid. vel Olei è ſemine Citri* & hic erratũ eſt; nõ .n. debet legi *ideſt*, vt in Ceccarello & etiã in Antid. R. 1638. edito; ſed *vel*, vt in meo correxi. quia tũc Pona contra Colleg. ſuſurraret. ex quibus patet excell. Colleg. Rom. in compoſitionibus non pluris facere alterũ ſubſtitutum, quam alterum, ac ſi omnia dicta ſimilia eſſent. ſimpliciter autem aliis præfert. O. è ſem. Citri: an bene, tu conſidera. Equidẽ in meo libello de Opobalſami ſubſtituto. cunctis præfeci Occidentale Balſamum, non tamen idem eſſe dixi. ſed ſubſtitutum.

Quod autem ſcribis de Pharmacopœo Siculo Meſſanenſi, non percipio, ni forte intelligas Pharmacopœam Io. B. Corteſij, qui pro Balſamo ſeptem ſubſtituta notauit: nec te intelligo maiorem auctoritatem augeri tuo Collegio, quia Pharmacopœus Siculus quodammodo illi conſentiat. ergo ex Pharmacopœo Collegii ampliſſimi auctoritas maior fit? me pudet id refellere. quod ſi loqueris de oleo è nuce miriſtica pro ſubſtituto poſito, quid ais? nõne Antidotarium Romanum id probat, & equidem teſtari poſſum quotquot Theriacas Romæ conficere uidi, omnes potius ol. è nuce miriſtica, quam aliud elegiſſe; ſed quid nux miriſtica cum Balſamo? cur pro Balsamo orientali ponis primo occidentale, & modo oleum nucis miriſticæ? tibi contradicis Amice: ideo quid velis non percipio; fateor meam craſſam Mineruam: incipis de Balſ. occid. finis cũ O. nucis miriſticę, at concludis conſuetudinẽ eſſe pro vero opobalſamo deficiente, aliud ſubſtituere: concedo: addis. id fieri, quia *hoc tempore orientale naturale non inueniri*. inueniri paſsim venale, cõcedo, alias nego, & oppoſitũ clariſſime

Pharmaceopoeus ſiculus quis

reſponſio

de-

demonſtraui Quæſt. prima, ſecunda, & tertia. nec vellem ex tè audire. *quod nemo ſit Medicorum in Vrbe ad cuius manus verum Balſamum orientale deuenerit*. ac ſi omnes eſſent negligentes, minime curioſi, & indocti, vt Euonimus. Equidem dum Romæ eram, vidi pluries, & inter cętera apud Ludouicum Coltram Pharmacopoeum diligentiſſimum publice paraturum Theriacam, Vas Opobalſami Arabici, ſeu Orientalis, quod Illuſtriſſ. & Nobiliſſ. D. Creſcentius Creſcentius detulerat e ſua peregrinatione in orientem, Ægyptũ Hyeruſalem, Conſtantinopolim &c. & plurimi Medici Vas manibus accipiebant, populo cuncto ſpectante. taceo alias portiunculas Balſami a me ex aliis acceptas; ſed dato, & non conceſſo neminem Romæ vidiſſe his temporibus orientale Balſamum. nonne Scaliger, Matthiolus, Alpinus, Bellonius, Pona, Calceolarius, Cortuſius, Oliuius, Bertiolus, Ferrarius, Braſauol. Longus, Lobellius, Cluſius, Chioccus, Collegium Veroneṅſe, & alii plurimi, ſe Balſamum orientale legittimum in manibus habuiſſe teſtâtur? ad me hic Meſsanæ xx. Vaſcula Opobalſami ex Cayro aduecti ab Amicis allata ſunt. erit ne adeo temerarius Euonimus, vt omnes mentiri, dicat?

Romæ orientalis.

num. 3. *Nemo Medicorum in Vrbe vidit vnquam Balſamũ verum orientale natum ex stirpe. vti Gal. 2. de Ant. qui vidit Balſami ſtillantes plantas. ex cuius particula, ad alia facta collatione approbabat, & vel reprobabat allata.*

Hic errauit ſummariſta; quoniam hæc ſunt deſumpta ex numero ſecundo, Diſquiſitionis. nec in reliquis video bene concordare numeros ſummarii, cum numeris diſquiſitionis. quæ res facit reſponſionem obſcuriorem. ſiquidem ſi intelligit neminem Medicorum in Vrbe vidiſſe Balſamum orientale, e ſua planta de-

ſtil-

ſtillantem . vt vidit Gal. quid ad nos? ſatis nobis eſt Alpinum Venetiis duas plantas Balſami habuiſſe, & quibus omnes potuiſſe Opobalſamum deſtillantem cernere. & Venetos medicos curioſos vidiſſe. nec poteſt inferre, Romani non viderunt.ergo impoſſibile. &c. ſed aliud dicitur in ſummario, aliud in diſquiſitione cum autem ex Alexandria Ægypti. 15. diebus Naues Meſſanam ferantur, & continua ſit nauigatio. Multi Mercatores eo Opobalſamum deferunt. num. 4.

*Approbationes in Iudea olim fuiſſe hortos Salomonis cultos. xx. iugerum Balſami optimi, a quibus, & quando floruerit. illis conditionibus à Theophr. Dioſ. Plinio traditis. Nunc ob temporum, mutationibus in rerum natura non extare, nec obſeruari plantas, nec minus illa deficiente; ſuccum; vel lacrimam, lignum, vel fructum Balſami.*

Et hic, & numero. 4. Diſquiſitionis nil aliud Docet Euonimus tuus (vir doctiſſime) niſi Balſamum olim in Iudæa, & Ægypto in hortis cultum fuiſſe. quod ego pluribus etiam probaui. vnde in hoc conformes ſumus; ſed cum ait *in rerum natura non extare.* ſi negat ſimpliciter, falſum hoc eſſe demonſtraui Quæſt. prima cum copioſum naſcatur, & colatur nunc in Arabia, & ridicula eſſet concluſio, ſi diceret aliquis Balſami ſponte naſcentis in Arabia aliquot plantæ in Iudæam, & Ægyptum tranſlatæ, poſt aliquot annos aruere. ergo omnes Balſami plantæ e mundo periere: nam Balſamum Iudaicum filius eſt Arabici. an filius eſt diuerſi generis a patre? ni fuerit Mulus, & mortuo filio an neceſſario moritur genitor? num. 5.

Balſamum extat.

*Quo tempore in Iudea Plantæ Balſami viguerint. quo Romę viſæ, allatæ in Thriumphis. quomodo Iudæi ſęuiere in plantas Balſami, prout in vitam ſuam, vt illas ob inuidiam exterminarent. Plinij de Balſamo Te*

ſti-

*ſtimonium verum, & quare. Plinius quomodo ſit accipiendus, in verbo ſoli Iudeæ tantum conceſſum Balſamum, ſcilicet de optimo, & odoratiſſ. Iudea ſui temporis. Romanũ Fiſcus Hortos reſtauraſſe, & ampliaſſe, & quanti fuerit acceſſio pro opobalſamo, ipſi fiſco, & pro xilobalſamo amputatis arbuſculis. ex Plinio. ſponte in iudæa Balſami plantas non natas. Aduenas ex Arabia allatas dono Salomoni inter reliqua à Regina Saba, ex Ioſepho lib. Antiq; a quibus in Ægypto per Matthiolum, &c.*

Hic fateris cum Ioſepho *Sponte in Iudæa Balſami plantas non natas, Aduenas ex Arabia.* ſi hoc eſt. deperditis in Iudæa iis plantis. cur ex Arabia petere non licet, vbi ſponte naſcuntur? nec in diſquiſitione num. 1. aliud dicitur, quam in Iudæa olim viguiſſe.

*num. 6* *Quibus in locis in Arabia ſponte naſcantur plantæ Balſami, ex Diodoro, &* Strabone, *Ioſepho.*

Fateris igitur cum tribus antiquiſſimis ſcriptoribus ſponte in Arabia naſci plantas Balſami. hoc mihi ſufficit ad probandum. adhuc viuere plantas Balſami, & adhuc in rerum natura extare. idem colligo num. 6. Diſquiſitionis. quare ſi deſiit Iudaicum, ex te, remanſit Arabicum. ergo ex te conceſſum habeo Balſamum adhuc Viuere. Cæterum tu videris mouere litem de nomine, non de re, quia inſtas non eſſe Iudaicum, eſto non ſit Iudaicum. viciſti. Concedis eſſe Arabicum, & Arabicum eſſe volo; ſed eiuſdem naturæ, & operationis.

*num. 7.* *Optimum Balſamum natum olim in Iudæa ſolum quod deſcribunt Theophr. Dioſcor. Plinius. Iuſtinus, & alii, & quare, odore ſuauiſſimo excellere omnes odores, ſapore grato, leui, ſuaui, ſubaſtringenti, mordaci, &c. conditionibus de quibus de illo Iudeo ſolo nato intelligendi ſunt authores, &c. Matthioli relatio*

ve-

*vera de hortis Babilonicis, ob Soldani magnificentiam: quos Bellonii teſtimonio viſos prope Cayrum, quod Babilon olim, in villa Matherunta vicina Cayro deſcribit* Bellonius *ſeptem, aut decem plantas, menſe Septembri amputatas, ſatis confusè, & cum illius admiratione, cum folia deciderent, & ſuccum non ferrent; At Arboribus perpetua viridanti coma, non decidunt, niſi ineunte vere, & nouis non ſuccedentibus; niſi areſcant, quod ob ignorantiam cultoris accidiſſe puto, vt ex vineis relictæ plantæ tot numero paucæ, quoq; exterminentur, & areſcant.*

Hoc Summarium videtur longius ſummato; vnde dixit amicus, potius eſſe copiarium. ex quo potius affirmari, quam negari poteſt, examinatum Opobalſamum eſſe verum. nonne fateris cum *B*ellonio adhuc in Ægypto vigere aliquot plantas male cultas? ergo verum eſſe non poteſt, *in rerum natura non extare.* vt numero 4. per te ſcriptum fuit. At num. 7. Diſquiſitionis a nullo edoctus Euonimus; ſed ſomniās, ait, ob culturam Balſamum in Iudæa ita profeciſſe, vt ſuauiore odore ſuccus gigneretur, & multo nobilior arabico ſiluestri. quis hæc dixit? Euonimus? Ego non ita facile credo alienis ſomniis. non quicquid immaginaris a me credendum eſt. qui plantas colendo, & Auctores legendo didici ſæpe ſiluestria odoratiora, & validiora eſſe Vrbanis. nonne Gal. 6. de ſim. med. fac. agens de Ampelopraſio. *Eſt enim* ait, *agreſte porrum, quamobrem, & acrius eo, & ſiccius eſt, ſicut agreſtia omnia reliqua hortenſibus:* & lib. 8. *Ophioſcorodon agreſte allium eſt domeſtico valentius, ceu reliqua agreſtia omnia?* Sed prius Theophr. 6. de cauſ. plantarum cap. 24. problema propoſuerat, vt notum *cur fructus agreſtes, odoratiores vrbanis ſui generis ſunt, &c.* ſic autem videtur definire. *Agreſte genus ad*

non facile credendū in ſomniis

Siluestris validiora Vrbanis

*priorem vſq; tantummodo coctionem deueniens, odorem quoque ratione adipiſcitur pleniorẽ. Vrbanum cum perfectiorem attingat cocturam alimentoque abundet, propter vehementiorem confectionem ſuccos ſuos in dulcedinem odoriſque hebetudinem vertit. Tum etiam humiditatem, ſiccitatem, largitatem alimontæ, parſimoniam commoditatemque afflatus conferre aliquid ad odorem veriſimile eſt: ſiquidem omnino, quæ arida, lociſq; aridis ſunt, quæ paruo alimento contenta degunt, quæ placide aſpirantur, odoratiora procul dubio ſunt. Humor enim largius ſe permiſcens, odorem hebetat*, & alia multa addit id probantia: deinde. cap. 27. *& in hac parte ſiluestres odoratiores vrbanis*. & cap. 29. multos flores agreſtes vrbanis eſſe odoratiores docet.

Opobalſamum Arabicum odoratius

Ex quibus contra Euonimum inferre poſſem Arabicum ſilueſtre Opobalſamum odoratius eſſe Iudaico, cultura non conferente ad odorem, ſed ad ſaporem dulcificandum; At propter copioſiorem humorem folia, flores, & fructus, ac ſemina maiora redduntur & cultum Balſamum ob maiorem plantæ humiditatẽ, (quæ per ſe pauciſſimo contenta eſt, vt natura ſicciſſima, & patet, quia, referente Alpino, in arenoſis montibus Arabiæ naſcitur, vbi ob defectum humoris Opobalſamum non reddit, vel parum) maiorem quidem ſucci copiam dabit; ſed aquoſiorem, & minus odoratum. quod etiam in AEgypto minus odoratum Balſamum gignatur, quam in Arabia, patet ex Theoph. lib. 6. citato cap. 27. *Etenim*, inquit, *in Ægypto flores coronamentaq; deterrima fere omnium generantur, quia cælum caliginoſum, ac roſcidum eſt. quippe locis eiusmodi nullus perè odor contrahi poteſt: quoniam deeſt facultas concoquendi; ſed potius aridis*: deinde ait. *ſed mirabilius, quod de Mir-*

Theophraſtus

*tis Ægyptiis fertur quamquam enim cateræ inodorata, penitus ſunt, illæ tamen odoris ſuauitate excellunt.* quę Plinii, & aliorum etiam Auctoritate roborare poſſem. Nil igitur probas tua Balſami cultura. Inbecillius Arabicum probare nequis. nec AEgyptium nec Iudaicum cultum eſſe ſilueſtri odoratius. nec ſpecie variare Arabicum ab exculto in Hortis. ſed cum modo in Arabia in hortis coli aſſerat Alpinus, habebimus etiam hortenſe Arabicum, nihilo inferius Iudaico.

*Horti Salamonis in Hierico deuaſtati cum plantis primo, quando, & quibus: Rurſus redditi quando & à quibus; ad præſens illorum obliteratio, ſilentium, & ignorantia, & quare, vnde planta deficiente, nec ſuccus, nec lignum, nec fructus inueniri poteſt. loquor de Balſamo optimo in iudea nato ab Auth. deſcripto, vt ſupra.* num. 8.

Idem dicit Euonimus num. 8. diſquiſ. & tecum ſum, dum ais deletos omnino Salomonis Hortos in Iudæa: immo etiam deletum illud Balſamum Iudaicum, de quo loquuti ſunt Plinius, Theophr. Dioſc. ergo Balſamum ſublatum eſt. nego conſequentiā; quia remanſit illud de quo, te quoq; teſte, loquuti fuere Ioſeph Hebræus, Strabo, & Diodorus Siculus, quibus adde Pauſaniam. nempe Arabicum. quod a Iudaico non differre (niſi vt pater, & filius) dixere. remanſit etiam AEgyptium (de quo Dioſc.) vt tu cũ Bellonio affirmaſti. nil igitur corruet, quia fundamentum euertere nequiuiſti. Vellem à te legi Dioſcoridem vbi reperires ſtatim, Iridem in Illiria, Macedonia, & Affrica naſci, ſunt tamen Regiones diuerſæ, Iridis vnũ genus. Meum in Macedonia, & Hiſpania, quæ longe inter ſe diſtant. Cardamomum in Armenia, & in Arabia. Nardus ſyriacus, & Indicus. dicit etiam

Coſtum eſſe Arabicum , Indicum , & Syriacum : cur Balſamum non poteſt eſſe Arabicũ , & Syriacum ? ſed aliis omiſſis Terebinthus in Arabia petræa, in Iudæa, Syria, Cypro , Africa , & Cycladibus inſulis oritur. non tamen dicit Dioſcorid. iudaicum verum, Arabicum falſum , ſic male dicetur Balſamum iudaicum verum . Arabicum falſum , ſed Euonimus Pædagogus litigat de nomine Iudaico , vel Arabico . & facit litem de nomine.

num. 9. *Vanitas illorum demonſtratur, qui de Iudeæ Balſamo loquuntur vti de optimo naturali orientali , quando planta non exiſtat ad præſens , in iudea.*

Neq; ex his , neq; ex illis , quæ numero 9. Diſquiſitionis ponuntur, conſtat te probaſſe vanitatem eorum , qui Balsamum orientale prædicant : non enim Iudaicum modo vocamus , ſed arabicum , & orientale : cum non ſola iudęa dicatur Regio orientalis ; ſed quæ contra diſtinguitur ab occidentali. concedimus Patres Franciſcanos in Hyeruſalem non reperire Balſamum.ergo in Arabia non adeſt Balſamum.nego, & renego conſequentiã ; quid Hyeruſalem cũ Arabia? paucos autem Venetorum Conſules te alloquutum ſuſpicor , ideo Alpino , & Bellonio maiorem fidem habebo . certo tamen ſcio multos Principum oratores à Turcarum Imperatore dono accepiſſe Opobalsamũ legitimum. non tamen in Iudęa natum .

nu. 10. *Comparatione qualitatum traditarum à Theophraſto, Dioſc. & Plinio , Præſens , & recenter allatum non reſpondere ſenſu ipſo iudice , manifeſtum eſſe ; nam odore , quæ prima conditio, ſuauiſſimo deſcribitur, in diſtans efflari , à pauca Balſami copia optimum , & ſuauiſſimum omnes excellentia ſuperare odores affirmant. At hoc demonſtratum recenter vix naso admoto gratum ſpirat quid , vel ingratum potius odore , ſapore ſecun-*

*do.*

*do ſuaui leni, modice aſtringenti, & grato, nec huic qualitati reſpondet allatum. reliqua experienda, ſi macula relinquatur in panno, ſi lac coaguletur ex gutta, ſi in lacteum colore diffundatur in aqua, ſi excandeſcat in igne, at his probatis venit approbandum, reprobatis reprobandum. &c.*

His omnibus de ſapore, odoreq; quæ hic, & num. 10. Diſquiſ. Ego exactiſſime reſpondi in meis quæſtiunculis. item Expertus ſum omnia, quæ de Opobalsamo prolata inueni, quorum tu num. 11. Diſquiſitionis. nobis laborem experiundi conceſſiſti, quid ſtatuerim ibi legito. Euonimus iſte, qui ita ſenſit (Amice Leonarde) vere ἐυόνυμος. i. ſiniſter, mihi videtur, quia ſiniſtre i. contra veritatem ſcripſit. ſtimulante autem conſcientia puduit eum, nomen proprium apponere. credo volebat eſſe Anonimus. eſto ſit ignobilis. ſed tu vir doctiſſime, Archiater digniſſime Almi Collegij tertius à Decano huic inani diſquiſitioni, cuius pudet Auctorem, te palam ſubſcripſiſti! ad me miſiſti! mirari in æternum non deſinam!

Ego pro meo Omine, & Nomine ero Petrus Caſtellus Romanus ita ſentiens.

Quod ſi propè Romam fuiſſem eram à te ex poſtulaturus Ευόνυμον pro meo Horto Meſſanenſi: cum enim ex Dioſ. Euonimus ſit planta ſimplex, hoc ſimplex in meum ſimplicium hortũ plantare cuperem. Nam; ſi Euonimus apud te loquitur habuiſſem ſimplicem plantam loquacem. At ex Dioſ. *Euonimi odor infeſtus.* arceatur ergo: nam foetida Balſami naribus obſunt ſi dixeris eſſe εὐώνυμον. i. boni nominis, negabo, quia bonum ex Platone communicabile, non tacibile: quare erit potius εὐώνυμος. i. ſiniſter, & ignobilis, vt dixi. ſed eſto ſibi. Balſamum ſibi dextrum Apollinem inueniet, vt Perſius.

*Sub*

*Sub raſtris crepet argẽti mihi ſeria dextro Hercule.* & cũ Hyeronimo dicet Balſamũ. Epiſt. 37 quæ eſt ad Iulianum diaconum. *licet me ſiniſtro Euonimus Excetra ore dilaniet, non timebo hominum iudicium habiturum iudicem meum.*

laus P. Alpini

Poſt ſubſcriptionem, quia occurrit Euonimo tuo antea ignotus Proſper Alpinus vir inſignis, & Medicus celeberrimus, ac ſimplicium profeſſor Patauinus doctiſſimus, qui in AEgypto diu uerſatus fuit, cuique de Balſamo agenti omnes docti ſcriptores ſubſcribunt, vt Doringius lib. de Balſamo. Nic. Guibertus lib. de Balſamo. Franc. Pona lib. de Balſamo, Quadramius, Chioccus, Cluſius, &c. Vnus Euonimus ſiniſter, quia concluſioni ſuæ aduerſum vidit, reſpondere ſatagit: ſed agat, ſe hominem præſtet talem. dicã ego ex Tripode Apollinea, nec centum Aſini Euonimi, Proſperi Alpini viri doctiſſimi, qui diu in Agypto Medicinam exercuit tanta diligentia, vt libros inſcripſerit de Medicina AEgyptiorum, de Medicina Methodica. & in ſimplicib. adeo fuit exactus, vt de plantis AEgypti, de plantis Exoticis, & de ipſo Balſamo librum ediderit. Ac horti Patauini à Sereniſſima, ac ſapiẽtiſſima, & prudentiſſima Venetorũ Republica pręfectus, ac Gymnaſii Patauini profeſſor conſtitutus tandem fuerit. calcitrando, & rudendo, pilum auctoritatis deſtrahere valebunt.

defenſio de Alpinus

Primum conceſſo Balſamo Arabico, & hoc habuiſſe Salomonem, infert. *ergo Balsamum è Mecha deductum eſt Balſamum verùm deſcriptum à Dioſc. Pl. & Theoph. nego conſeq.* at hic te habeo (doctiſſime vir) male id negat tuus Euonimus, & ego probabo Balsamum è Mecha ſeu Arabicum, eſſe eiuſdem generis cum iudaico, quia Salomon primo habuit Arabicum, quod vel degenerauit, vel remanſit balſamum,

ſed ſi cultũ erat verũ balſamũ, & ſecundũ tuam rationẽ nõn cultum non erat verum balsamum, ſequeretur Sabam Reginam non attuliſſe Salomoni verum Balſamum; ſed falſum (falſum enim opponitur vero) quod irridebunt pueri. addis rationem negationis; quia planta iudaica erat culta, Arabica ſilueſtris: (mi amice) ſophiſtica hæc ſunt, confundit terminos tuus Euonimus. nõ eſt (certe logicam non didicit) idem, verum, & falſum, ac cultum, & ſilueſtre, vt ille cenſet. verum Balſamum poteſt eſſe cultum, & non cultum. omnia enim Hortẽſia docebat Gal. in Timæum Platonis, prius fuere agreſtia. pauciſſima autem ſunt, quæ cultura, vel incultura mutare ſpeciẽ videntur. vt (ne cenſeas id me latere) triticum in Lollium, & Melampyrum, hordeum in ægylopem, lens in aracum, & aparinem, mutantur ex Patris Galeni obſeruat. primo de Alim. fac. cap. vltim. ex Varrone autem braſſica transmutatur in Rapam, & è contra. ita etiam menta in ſyſimbrium, &c. quarum transmutationum Theoph. 4. de cauſ. cap. 6. reddere rationem conatur. & ex ipſo Maranta lib. 2. meth. cogn. ſimpl. cap. 11 His poſitis dicam. dato tibi quod cultura Balſamum fuerit immutatum ab illo ſilueſtri. dic quæſo quomodo appellabis tu Balſamum illud ſilueſtre; quod ex te Diodorus, Strabo, & Ioſeph. Balſamum vocarunt? an Balſamum falſum? ita Saba obtulit Salomoni Balſamum falſum, quod Salomon cultura fecit Balſamum verum? ſi hæc dices, caue ne te pueri irrideant. ſi mutauit ſpeciem ob culturam, & filius a patre differet ſpetie. non poterit eſſe niſi Mulus, qui ſpetie differt ab Aſino patre. ecce (Leonarde mi) Balſamum feciſti Mulum ex Onagro. ha, ha, he: ſed præ riſu deficio; ohe, ohe, apageſis.

Quando autem dicis *Agreſte Balſamum elicitur non*

*ſuauiſſimo odore.* gratis dicis. cum paulo ante cum Theophr. dixerim ego. agreſtia validiori eſſe odore, Hortenſia vero ſuauiori ſapore. quomodo autem iſte ſuauis odor ſit intelligendus iam in Quæſtionib. declaraui. non enim ſuperat Moſchum, Ambram, Zibethum, Camphoram, &c. ſed Terebinthum ſapit, Therebinthum olet. ſi Terebinthi odor, naribus cynicis Euonimi, ſuauis eſt, erit, & Balſami odor ſuauis; ſed ſtercus illi ſuauius, non Terebinthus.

Pergis etiam te facere differentiam *odoris inter fructus Agreſtis plantæ, & cultæ.* quam inter lambruſcã ſponte naſcentem, & Moſcatellum, &c. nonne te pudet modo (doctiſſime Archiatre Romane) hic Euonimi nugis ſiniſtris ſubſcripſiſſe? primo, quia ex Theophr. (qui maioris apud omnes erit auctoritatis, quã iſte obſcuri nominis) contrarium oſtendi: oſtendi nempe fructus agreſtes magis odoratos. ſecundo. quia lambruſca omnis cultura non poteſt fieri Moſcatellũ;

Aſinus Domeſticus

ſed ex Moſcatello ſilueſtri, fit Domeſticũ, maiori, molliori, & dulciore fructu, media cultura, quam requiris; ſed quis erit cultor? Aſinus Noe, qui primus vitis putator fuit. cui Gratias pro vino accepto omnes referre debent putatores, ac potatores. iſte fuit verus Baccus, verus Magiſter, qui ex non vite (per tuam doctrinam) vitem fecit vini feram. At in Arabia adſunt plures Aſini, ergo poterunt ex non Balſamo, putando facere Balſamum. ne ergo dubita, roga Aſinũ vt Balſamum ſilueſtre putet, ſtatim tibi naſcetur Balſamum verum. vitem moſcatellam: tu puta Euoni-

iocus

mum plantam ſimplicẽ, & agreſtẽ. odore infeſto, ſed nunquam feceris odore balſami.

Subdis ex verbis Bellonii, conſtare illas 7. vel 8. plantas in Ægypto ob neglectam culturam eſſe folio deciduo. vti plantæ in arenoſis natæ ex Alpino, ſuc-

cum

cum non ferunt. quia *incultæ, & non cicuratæ.* ſi ſic eſt, mitte Aſinum tuum, Euonimum. Aſinum forte Balaan loquacem, vt cicuret; nam Aſinus Noe iã vita functus eſt. ſed cum Amico Amicè ludere poſſum; at ſerio loquendo obſecro te, ne amplius dicas Balſamum ſilueſtre, non eſſe Balſamum verum, quia puerile eſt. ſed te decepit Euonimi ſimplicitas, & rogo te, vt mihi explices nomen verum iſtius tui Euonimi, vt virum agnoſcam; qui latere voluit, ſuã ignorantiam, vt cælaret. ſed Iudices ex hoc arguunt cauſæ falſitatem, quia pudet aſſertores eius ſententiæ: noctu loquũtur, & perſonati. Caim profugus ſe abſcondit, conſcientia propria condemnante; ſed peius fecit Iuda.

Dubitas primo an Alpinus viderit vnquam Balſami plantam. Nollem Virum doctum adeo ſcepticum, adeo Pirronicum eſſe; ſi non vidiſſet, non delineaſſet; ſed audi ipſum lib. de plantis Ægypti. cap. 14. de Balſamo. *Balſami plantam apud me viuentem veriſſimam Iacobus Contarenus Senator Clariſſimus, Ioannes Votus nobilis Anglus, Franciſcus Ferrerius Gallus, Ioachimus Iugermanus Germanus, Marcus Fenarius Venetus pharmacopola, & plures alii viderunt, verumq; etiam opobalſamum ab eius foliorum alis diſſectis inſtillauiſſe.* hic non dicit ſe in Arabia vidiſſe, ſed Venetiis habuiſſe. credis Bellonio, qui vidit Ægypti. non credis præfecto Horti Patauini? tace igitur, nec hęc amplius refrices. etiam Petrus Belli in Creta ex ſemine ſato habuit Balſami plantas. nec afferam hic Mercatorum, & Medicorum doctiſſimorum Amicorũ, qui AEgyptũ peragrarũt teſtimonia de vero Balſamo ab ipſis viſo. quia ſi editis libris non credis, neq; chirographis credes, & contra negantes ſenſum, rationes, & Auctores, vt contra Phreniticos non eſt di-

Dubitatio falſa.

ſputandum, niſi baculo.

Secundo quæris cur ex Alexandria in Italiam non adfertur copioſum Balsamum?

Cenſes, quia ſilueſtre Balſamum *paucum, & modici odoris refellitur*. At non poteſt refelli, ſi paucum; ſed non poſſet aduehi. modici autem odoris eſt vetus non autem recens, vt cum Alpino, & veterib. dixi. Dic amabo, quale attulit Saba. Silueſtrene Arabicum, vel Hortenſe Arabicum. ſi Hortenſe? tunc erat in Arabia. ergo, & nunc. ſi ſilueſtre? attulit vt boni odoris, tu refellis? ergo refellis Onagrum amplecteris, Mulum?

Dico ego nō ferri, ob tuo Euonimo, maligno, ignaro, periuro, ſimiles, qui licet verum præ oculis habeant, negare audent, cōuicti nō cedunt. quia induratū eſt cor Pharaonis. tu non es expertus, an hoc opobalſamum reſpondeat notis antiquorum. & tamen negas verum eſſe. ductus ſolummodo, quia, quod è Arabia in Iudæam fuit translatum, jam aruit. me pudet hęc tūa, tuique Euonimi refellere. ſed amicus es, in tui gratiam ſcribere coactus ſum. ne in poſterum ita praue, opineris de Balſamo Arabico.

Matthiolus autem bene conſulit, nos cautos eſſe debere, ne decipiamur a falſariis; ipſe tamen fatetur legittimum opobalsamum ſe vidiſſe, vt Q. pr. citaui.

Pergis. *Alpinum dixi ſuſpectum, &c.* nimis eſt hoc (Amice mi) poteris negare Annibalem veniſſe in Italiā, Cæsarē fuiſſe Imperatorē, &c. negare Cauponi te ediſſe. negare ficus comeſas, ſed caue, Æſopus adeſt. non ſemper pictores exprimunt plantas ad amuſſim vt Cluſius, Matthiolus, & alii ſæpe conqueruntur. ſecundo dico. quando auctores dicunt folia Rutæ habere, non debent eſſe omnino eadem, ſed cum pauca differentia. Dioſ. dixit folium Ruthæ proximum,

i. ex foliolis conflatum. nemo dixit foliorum foliola eſſe rotunda: Amaraco dicentes ob candorem, quem tribuit illi Dioſ. Honorius Belli . in Epiſ. ad Cluſ. fructũ Abrus ab Alpino non recte pictum notauit. tandem quod dicis de Balſamo eſſe probandum, id me effeciſſe tibi conſtabit ex meis Quæſtiunculis: interim æqui, bonique conſulas, mei animi ſynceritatem, qui cum Philoſopho dicere sẽper ſoleo, Amicus Socrates, Amic᾽ Plato. ſed magis Amica veritas. Ecce veritatem dilexiſti, veritatem mitto tibi Amicorum Cariſſime. die eadem. 12. Nouembris. 1639.

& pro Petro Caſtello Romano.

PETRVS CASTELLVS

Ciuis Meſſanenſis.

FINIS.

## *PETRVS CASTELLVS*

### *Lectori.*

IAM Typis excuſſum erat meum Opobalſami Examen, cui ſubannexeram Epiſtolas Collegii Aromatariorum, & Antonii Manfredi, cum meis reſponſionibus. ecce Excellentiſſimus D. Leonardus Gislenus mittit Diſquiſitionem Euonimi cuiuſdam ab ipſo ſubſcriptam, & Summariũ; His ego pro maiori Opobalſami dilucidatione reſpondendum eſſe duxi. actum ſtatim. quum ipſis finem impoſuiſſet Typographus: ecce Manfredus diligentiſſimus eandem diſquiſitionẽ, ſed non Summarium, mittit. nomenq; Euonimi. enucleat cuiuſdam eſſe Stephani Gaſpari, quo ſuſpicatus ſum ſummarium fuiſſe D. Leonardi opus. Diſquiſitionem vero Euonimã dicti D. Stephani; ſed hoc parum ad rem. Miſit vná etiam nomine Collegii Aromatariorum Memoriale dictum, falſa multa continentem, & nihil contra Opobalſamum probantem, Hoc quia nimis acerbè, & inurbane in Opobalſamũ ferebatur, meruit etiam caſtigationem noſtram ſalsã, amaram, & acerrimam. Nam Bilem (fateor) mihi mouit, ob falſitatem, & mendacia. Vos ęqui, doctique Lectores in hac controuerſia Palmam, vel Corollam Victori date. Iudici æquo, non iniquo. nam audite Ciceron. pro Planco. *Semper iniquus eſt* Iudex, *qui aut inuidet, aut fauet debetq; in iudicio imbecillis eſſe inuidia*.

*Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo*
*D. Collicula*

S. D. N. *MEDICO EXIMIO*

Romana Opobalſami factitij, & falſi.

Pro

COLLEGIO AROMATARIORVM VRBIS

Contra

*D. D. ANTONIVM MANPHREDVM*
*& Vincentium Panutium Aromatarios.*

MEMORIALE.

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſ. Domine: Theriacam elapſis diebus in Vrbe compoſitam à duobus Aromatariis cum puro, & vero ( vt credebant ) Opobalſamo, eſſe ex officinis medicorum eiiciendam, ne ad vsum hominum vendatur in eorum damnum, & perniciem, omnino ſtatuendum, decernẽdumque eſt. Nam cum prætenſum opobalſamum ſit adulteratum, vel potius factitium, & falſum Theriaca ex eo compoſita non poteſt eſſe niſi inutilis, & noxia eam aſſumentibus. Quia in eius compoſitione vnius medicamenti improbitas reliqua omnia corrumpit, vt præclarè firmat diuinus Gal. lib. de Theriaca ad Piſonem cap. 12. Quod præcipuè debet intelligi de Opobalſamo, cum iſtud in dicta compoſitione primatum retineat, vt optimè exiſtimarunt Doctiſſimus omnium Calculis Senertus lib. 4. de fe-

bribus

bibus cap. 7. §. cæterum cum Medicorum. & Proſper Alp. in dialogo de Balſ. in epiſt. ad Senatores Diui Marci.

*num.* 2. Falſitas iſtius prętenſi opobalſami eſt euidentiſſima dum caret qualitatibus, & conditionibus veri opobalſami, nec illius operetur effectus. verum quia ex recte philoſophantium ſententia rectus eſt Iudex ſuimet, & obliqui; nec ſufficit dicere verum niſi etiam cauſa falſi aſſignetur. 7 & hic cap. 14. Idcirco non erit præter rationem, ſi primum qualitates, conditiones, & effectus neceſſario conſequentes ſubſtantiam veri Opobalſami breuiter deſcribamus, vt hinc ratio falſitatis prætenſi opobalſami facilius poſſit aſſignari, & à quolibet, vel parum in re medica erudito euidentius intelligi.

*num.* 3. Opobalſami veri odorem omnibus ſuauibus odoribus præferri ſcripſit Plinius lib. 12. cap. 25. cui ſubſcripſit Amat. luſit. lib. primo in Dioſcorid. cap. de Balſamo, & Theophr. lib. de Plant. inquit Balſamus odorem infert eximium, & copioſum adeo, vt ex paruo ſpatium per longum odor valet permeare: Proſper Alpi. in dialog. de Balſamo cap. 3. 4. & 5. ait Balſamum in 4. ætates diuiditur, in prima, quæ quinq; annis terminatur, odore redolet eximio, acutiſſimo, atque gratiſſimo olfactui; atq; vſq; adeo valido, & acuto, vt aliquibus inter odorandum ſanguis è naribus eruperit, vel capitis grauitas ſuperuenerit: in medio tempore. in ſecunda ſc. & 3. ætate, quæ decem annis abſoluitur, odor fit maior thus, ac Terebinthum, cum alio tamen ſuauiori odore gratiſſimo olfactui, redolens. Demum in vltima ætate ſenio confectum fit inodoratum, vbi cap. 4. Plinium deceptum fuiſſe arbitratur, quod putauerit optimi huius ſucci lachrimam fricando percipi odoratam. Siquidem Opobal-

*ſuauior Alpin. cap. 4*

ſamum Senio ſolummodo confectum inodoratum fieri ſtatuit, vt tunc ſolum frictione dignoſci queat.

Præterea idem Alpin. d. dialog. & dd. cap. 3. 4. 5. ſcripſit opobalſamum iuxta eius ætates varias variari, & ipſum nedum quo ad odorē, vt nuper dicebam: ſed etiam quo ad colorem, ſubſtantiā, perſpicuitatē, & leuitatē. Nam Balſamum, vt ipſe aſſerit in prima ætate, ſc. in primo quinquennio continuo è ſtipite exceptum albo colore conſpicitur, qui pauciſſimis diebus in viridem mutatur, cuius ſucci ſubſtantia turbida, craſſaq; ac oleo recenter ob oliuis expreſſo valde ſimilis cernitur, & præ multa eius leuitate in aquā ſtillatus non deſidet, ſed ex alto in ea proiectum parumper in ipſa mergitur, fereque continuo aſſurgens ſupra totam aquæ ſuperficiem totum expanditur, eiq; miſcetur, & citiſſime ita in ea diſſoluitur, vt ab aqua maxima cum difficultate ſeparatum ſecernatur, in quā paulo poſt concreſcit, atq; coagulatur, coagulatumq; ſtylo totum ab aqua eximitur, quod tunc colore lacteſcit, ſiue album, quale lac viſitur. *num. 4.*

Peracto primo quinquennio opobalſamum ex turbido, & viridi colore, in tenuiſſimum, aureum fulgentiſſimum, clariſſimumq; colorem tranſit, quia purgatur a multa humiditate excrementitia, qua ſcatebat in infantia, & hinc fœcem infundum vaſis deponit, atq; in iſto ſtatu conſiſtentiæ ipſius ætate durante conſeruatur, quo tempore ſtillatum in aquam præ calore, & leuitate parum mergitur, & continuo aſſurgēs ſupra totam eius ſuperficiem expanditur, in eaq; miſcetur, & non in ſtellæ modum, ut adulteratum ſupernatat. *num. 5.*

In vltima ætate, & ſenio confectum mellis colores obſcuriores tamen accipit, & calore eius imminuto craſſum qualiter therebintina fit, ſolitoq; tum odore *num. 6.*

exi-

eximio, tum leuitate deficit, & in aquā ſtillatum ſtatim conſidet, multaq; cum difficultate, & non niſi longo tempore ſupra aquā fertur, tardiſſimeq; in ea diſſoluitur.

*num.* 7. Inſuper Opobalſamum verū laneæ veſti inſtillatum maculas non relinquit, & proiectum in lac ſtatim illud coagulat Auicen. lib. 2. tract. 2. cap. 14.

*num.* 8. Hinc facillime colligitur prætenſum opobalſamū eſſe factitiū, & falſum; nam cum non habeat odorē opobalſami veri, non illius colorē, non ſubſtantiam, nec operetur illius effectus, certè ignoro, ex quo capite, ex qua cauſa fuit habitum, ac reputatum pro vero opobalſamo.

*num.* 9. Nam odor factitii iſtius opobalſami, eſt pauciſſimus parum gratus, & vix percipitur, niſi naribus valde approximetur, & infert quendam odorē iuniperi: odor veró opobalſami veri eſt eximius, acutiſſimus, gratiſſimus olfactui ex paruo ſpatium per longum permeat thus, ac Terebinthum cum alio ſuauiori odore, redolens. Itaq; prætenſum opobalſamum odori opobalſami, nec quoad copiam, nec quoad qualitates, & minus quoad ſuauitatem correſpondeat, vtique ſtatuendum eſt iſtud longe diſtare à vero opobalſamo, cuius odor maxime expetitur in antidoto Theriacæ ad ſpiritus vitales recreandos, & vindicandos à fætore putredinis humorum.

*nū.* 10. Subſtantia iſtius opobalſami, eſt fluida, & habet colorem mellis obſcuriorem. ergo non eſt in prima ætate opobalſami veri, cum non ſit viridis, turbida, craſſaq; vt oleum ab oliuis recenter expreſſum. Minus dicendum eſt iſtud opobalſamum eſſe in ſecunda, & tertia ętate, quia ſubſtantia iſtius eſſet tenuiſſima aurea fulgentiſſima, & clariſſima: pariter à quarta ætate excludendum; nam licet habeat colorem

mellis

mellis obſcuriorem; tamen ſubſtantia illius eſt fluida non craſſa, vt Terebinthum, & dato, & non conceſſo, quod eſſet opobalſamum verum in quarta ætate; adhuc in compoſitione Theriacæ non eſſet admittendum, quia opobalſamũ in iſta ætate non habet virtutem ex Auic. ſupracitato loco.

Amplius debet excludi ab opobalſamo vero, quo ad effectus; nam inſtillatum in aquam deſidet, licet aſſurgat, attamen non ſupra totam aquæ ſuperficiem expanditur, & apparet manifeſte ſeparatum ab aqua, nec cum ea permiſtum: opobalſamum verum in vigore exiſtens ex alto inſtillatum in aquam parum mergitur, continuoque aſſurgens ſupra totam aquæ ſuperficiem expanditur, eiq; miſcetur, & citiſſimè ita in ea diſſoluitur, vt ab aqua maxima cum difficultate ſeparatum ſecernatur. nũ. 11.

Sed quid pluribus? opobalſamum iſtud relinquit maculam in lana, nec lac ſtatim coagulat. ergo ex nullo capite eſt balſamum; ſed quid factitium, & falſum & cum ignoretur illius cõpoſitio, non debet admitti in compoſitione Theriacę. nũ. 12.

Nec facit, quod iſtud opobalſamũ fuerit approbatum ab aliquibus Medicis Collegii Vrbis; quia iſti fuerunt decepti à fide, & á prætenſa integritate dd. Aromatariorum. nũ. 13.

Quare, &c.

Collegium Aromatariorum Vrbis.

## CASTIGATIO.

HÆC doctiſſima informatio ( ſaluo iure ) dicit numero primo Opobalſamum in compoſitione Theriacæ primatum retinere, & ideo ab eius eſſe vero, vel falſo pendere Theriacę eſſentiam. optime dicit, aſſentimur, laudamus. ſed quum dicit Opobalſamum noſtrum eſſe *factitium, & falſum*, male imaginatur, errat, inſanit; quod euidentiſſime patet, quum in ſtulta proruperit verba. Theriacam hanc *ex Officinis medicorum* ( non capio medicos habere officinas) *eiiciendam, ne ad vſum hominum vendatur; in eorum damnum, & perniciē.* Profectò, vt ingenue dicã, ſi noſtrum Opobalſamum non eſſet verum Opobalſamum; ſed vel Terebinthi indicæ, & Arabicæ Reſina, de qua mentionem fecit Dioſc. vel ex alia arbore Arabica, pro ſubſtituto melius deſiderari nequiret, quum ſi non omnes, aliquot ſaltem veri Opobalſami notas ſine controuerſia ſortitum fuerit. Equidem legi apud Auctores vltra. xxx. Opobalſami ſuccedanea, & nonnulla valde fatua, quum aptè ſubſtituatur radix pro radice, flos pro flore, ſemen pro ſemine, ſuccus pro ſucco, oleum pro oleo, Reſina pro Reſina, Gummi pro Gummate, Oleum deſtillatum pro oleo deſtillato, &c. inepte autem pro oleo radicem, pro radice Reſinam, pro Reſina ſemen ſupponant dementes, inter quos ſunt, quidam, qui ſubſtituunt *Aſari* radices, *alii Zedoariam*, & alii *ſemen Mirti*, quos Lobellius in ſuccedaneis, & Coſta, ac Marantha, refellunt: male etiam in libello de ſubſtitutis, Galeni, Siluii, & Cordi. ponitur *ſuccus Mirti*. inepte Fuchſius poſuit *ſuccum Leucoij*, & iure repræhenditur à Matt. in Epiſt. peſſime autem *Gummi Hederæ* proponunt tract. quid pro quo cum Meſue

Opobalſami ſuccedanea

edi-

editus, Antidotarium Bonon. Amat. Luſit. & Buderon. Miror autem Siluium de ſimpl. delectu. ſubſtituiſſe *Caphuraleon*, intelligendo Camphoram. quæ nihil cum Balſamo conuenit. magis errarunt Cordus, & Syluius in ſuccedaneis ponentes *Opocalpaſum*, quod eſt venenum, cuius arguuntur à Lobellio, & Rondeletio. Scripſit Marantha Venetiis in Theriaca pro opobalſamo aliquos poſuiſſe. *Oleum oliuarum vetus*. fretos auctoritate Auicennæ ſcribẽtis cap. de Balſamo. *loco olei ipſius ponitur duplum eius de oleo antiquo*. Sed non intellexerunt Auicennam, cuius ſenſus eſt, vt loco olei Balſami recentis ponatur duplum eius de oleo balſami antiquo. quid de iſtis dicet Euonimus? Theriacam laudabit? Quid de *oleo Laurino*? ab Auic. proponitur & in quid pro quo cum Meſue. ac aſſumitur in Theriaca à Lumine Apotecariorum, damnant tamen Oddus, Rondeletius, Lobellius, Doringius, & Platearius in Nicolaum. damnabimus nos cum Oddo *oleum Irinum* à nonnullis propoſitum. Laudauit Lucas Ghinus *oleum Hiperici*. ſed Matthiolus, & Oddus vituperant. Aliquos ſubſtituiſſe *oleum Lauendulæ* retulit Deſſenius, ſed pro vſu externo concedunt Matthiolus, & Lobellius, non autem pro Theriaca. Sed *oleum Cariophillorum deſtillatum*, ſubſtituitur ab Antid. Romano, Florentino, Bononienſe, Auguſtano, Meſſanenſe, à Matthiolo, Borgarutio, Philippo Coſta, Melchiore Fendio, Cornelio Sytardo, Placotomo, Andernaco, Cordo, Bertaldo, Renodeo, Franciſco Alexandri, Bouderone, Vido Vidio, & aliis. ſed non placuit T. Eraſto, Oddo, & Doringio, quia nimis calidum, & igneum eſt. *Oleum Cinnamomi deſtillatum* commendarunt, Cordus, Placotomus, Borgarutius, Penotus, Libauius, Vidius, & Corteſius. ſed vires habet igneas;

Interpretatio Auicennæ

non Opobalſamo æquales.

*Oleum Succini* nuncupatum fuit Balſamum Europæum á Crollio, Anſelmo Boetio de gemmis, Conràdo in medul. deſtil. Doringio. Sed non eſt ſupponendum pro liquore vegetabili Bitumen. *Oleum expreſſum è ſeminibus Citri* eſt quidem magnarum virium, & ab Antidotario Romano conceſſum; & Venetis aliquãdo in vſu; ſed non placuit Marantæ deſideranti odoris ſuauitatem. oleum autem expreſſum è *Nuce Miriſtica* videtur in vſu apud Antid. Romanum, Bononienſe, Patauinum, Florentinum, Auguſtanum Bergomenſe. Laudatum à Matthiolo, Maranta, Stelliola, Mutone, Andernaco, Renodeo, Bouderone, Fallopio, Bertaldo, Melichio, Santino, T. Eraſto, Monachis Meſuæ, Andræa Aurifabro, Coſteo, Marinello, Philippo Coſta, Borgarutio, Corteſio, Oddo, Philippo Ingraſſia, Franciono, & Io. Dominico Cardullo aliiſq; ſed non placuit Doringio, quia non eſt lacrima plantæ, ſed ſuccus expreſſus è ſemine, non eſt liquor aptus ad inunctionem piſtilli, vt volebat Gal. nec ad Venena, vulnera, & alia laudatur, quæ præſtat Balſamum; *Oleum nucis Miriſtice deſtillatũ* quod expetit Antid. Florent. eſt eiuſdem virtutis. *Oleum Macis deſtillatum* requirit Bertaldus, ſed nimis calidum. *Oleum Granorum Iuniperi* eligunt Placotomus, Cordus, Borgarutius, & Corteſius. ſed multum differt á liquore reſinaceo. *Mirrham* in Vitro diſſolutam adhibuit Caleſt. *Stactem Mirrhæ*, ſeu ipſius pinguedinẽ expreſſam pro Opobalſamo ſubſtituit Gal. & cum ipſo Paulus, Antid. Bononienſe, Lobellius, Matthiolus, Syluius, Rondeletius, Fuchsius, Deſſenius cum Io. Echio, Caleſtanus, Cordus, Corteſius, Placotomus, F. Donatus Eremita, Borgarutius, Melichius, Bouderon, Franciſcus Alexandri, & Coſtæus.

Succedanea

Sed non placuit Oddo. quia Mirrha calidior Opobalſamo, & Theriaca non niſi Mirrham redoleret. *Oleum Mirrhæ* in Mitridato poſuere Deſſenius, & Ioan. Echius, probantq; Matthiolus, & Lobelius. ſed Rodeletius de Ther. ſcripſit, expertum fuit, & ex deſtillatione oleum exceptum; ſed vſq; adeo fœtidum, vt nemo ferre poſſet. *Terebinthinam vulgarem* ex Larice ponunt Lumen Apotecariorum. Quiricus de Auguſtis, Fallopius, & Renodeus ait. Terebinthina ipſa Balſamum eſt, & Romæ Theriacæ admiſtam fuiſſe teſtatur, Caleſtanus. *Oleum Terebinthinæ* legitur in tractatu quid pro quo apud Meſuem, in Placotomo, Corteſio, Borgarutio. *Terebinthum ciprium* laudant. Renodeus, Pona, Lobelius in ſuccedaneis, Hiſtoria Generalis. *Oleum Abietinum* non diſplicuit. Oddo. *Oleum Abietinum deſtillatum* propoſuit Fallopius de Comp. med. *Oleum è Carpobalſamo* extollit Bertaldus. ſed vbi fructus recentes? Manardus infundit Carpobalſamum, & Xilobalſamum in Oleo veteri, & deſtillat, ac pro Opobalſamo vtitur. Meſuæ pro Balſameleo decoquebat Xilobalſamum. *Liquidambar indicum* ſuauiſſimi odoris commendauit Filippus Coſta; *Balſamum artificiale* ſubſtituunt Petrus de Ebano, Bart. Montagnana, Gul. de Saliceto, Io. Pontanus, Hyer. Rubeus, Syluius, Franc. Alexandri. V. Cordus A. Kernerus. N. Mutonus, Luminare maius; ſed prohibent Antid. Romanum, Maranta, Santes Ardorinus, & Platearius in expoſ. Ther. Nicolai, & alii. ſed ad vulnera probabitur. Deniq; ſubſtituitur *Balſamum* dictum *Occidentale* nigrum ab Almo Collegio Romano, Bononienſe, Florentino, Auguſtano, Meſſanenſe. Cardano. 8. de ſubt. Gabr. Fallop. in primũ Dioſc. cap. 14. de Balſamo. N. Monardes. Amato Luſitano, Philippo Coſta in Ant. T. Eraſto Epiſt. 2. Io.

Fragoſio in Hiſt. ſimpl. & lib. de ſubſtit. Matthiolo in Diol. & lib. 5. Epiſt. Franc. Alexandri, Borgarutio, Bertaldo, Bouderone, Vido Vidio, And. Ceſalp. Stelliola, Renodeo, Scaligero de ſubt. exerc. 157. Io. VVittichio de reſinis occid. M. Doring. de Opobalſamo Peruuiano, qui Scripſit hanc fuiſſe etiam ſententiam Theophili Amodei & Ioachimi Olhaphii Medicorum eruditiſs. & addit. *Eam Medicis Pariſienſibus in primis vero Dureto, & Seguino admodum placuiſſe, atq; Burdigale in Gallia Anno 1620. teſtificante Petro Mailloto Pharmacopæo Gallo, Nemaſi habitante, Indicum hoc Balſamum ad confectionem Theriacæ de conſilio octo Medicorum præſtantiſſimorum videlicet, D. Stephani, Manialdi, Brieti, Antonij Vaetii, Rolini, Baptiſtæ Trautelli, Trautelli filij, & Fontanerii aſſumptum fuiſſe in eadem epiſtola affirmauit.*

Succedanea

E his patet quantum laborauerint Doctiſſimi viri, vt aptum ſuccedaneum pro opobalſamo ſubſtituant, & nos, qui modo Dei gratia, & diligentiſſimorum Aromatariorum diligentia, verum opobalſamum ſortiti ſumus, quæremus ſuccedaneum? at, quæſo; quid ex dictis ſuccedaneis magis vero aſſimilatur, quam noſtrum? paucæ ſunt notæ in controuerſia, reliquæ negari non poſſunt, quibus maxime innituntur aduerſarii, ſunt odor, maculæ, & diſſolutio in aqua; quæ adeſſe negant, quia antiquorum mentem non perceperūt, ſed ſi noſtra legent, conuicti, doctioresq; facti reſipiſcent.

Nullū ſuccedaneū præſtantius noſtro Balſamo

Concludemus nos é contra, qui maligni non ſumus, Manfredii Theriacam omnium, q. Romæ confectæ ſunt eſſe præſtantiſſimam, nempe, quæ ſyncerum recepit opobalſamum, quod aliæ non receperunt. Sed dato, non autem conceſſo, hoc non eſſe ſyncerum, ſed miſtum opobalſamum, etiam Manfredii Theriaca

Theriaca Manfredi optima

alii præferenda, quæ nihil veri opobalſami receperũt: prę̨ſtat enim accipere vinum aqua dilutum, quam nihil vini Aquam habentem. Iterum dato, & non conceſſo eſſe alterius arboris liquorem. ſi erit ex Terebintho indica, pro ſubſtituto, non eſſet repellendum, quia Reſina Terebinthina à multis probatur. ſi vero ex alia arbore ignota, quia iſte ſuccus maximam habet affinitatem cum ſyncero opobalſamo, erit pro opobalſamo ſubſtituendus. Si enim ſubſtitutum eſt quærendum, fatuus erit, qui oleum nucis Moſcatæ, oleũ Gariophi. vel ol. e ſem. citri huic noſtro opobalſ. comparabit; quare vel ut legitimum, vel ut ſubſtitutum optimum erit hoc in Theriacam imponendum. Ergo delirant omnino, qui Theriacã ex hoc cõfectã damnosã, & perniciosam ſtatui volunt, ac iubent pueriliter. quomodo dicunt. *adulteratum*? oſtendant adulterii ſigna. quomodo *factitium*? doceant facturam, cur *falſum*? detegant falſitatem. oſtendant, demonſtrent, ſi non eſt opobalſamum, quid ſit. proponant ipſi opobalſamum verum. quilibet idiota, puer, ſtultus negare poterit, ſed negare cum iudicio, non niſi vera loquentes poſſunt. interim, vt falſi aſſertores puniendi ipſi, Euonimus damnandus pœna talionis. At Iudex debet eſſe iuſtus, non alteri parti addictus. alias vel non Iudex, vel iniquus iudex. instantia.

Dicit tantum, noſtrum opobalſamum carere qualitatibus veri. ideo falſum. nos contrarium probauimus. *num.* 2.

Affert verba Alpini, & Theophr. opobalſamum eſſe ſuaui, & valido odore, id nos iam declarauimus clarè Quæſt. 16. nempe odore Terebinthi, ſed ſuauiori. *num.* 3.

Affert tantum verba Alpini de colore. nos totum dilucidauimus. Quęſt. 14. *num.* 4.

Per-

num. 5. Pergit verba Alpini afferre, de mutatione opobalſ. ſecundum ætatē in ſubſtantia. hic nulla eſt controuerſia. Ego autem, qui Meſſanæ dego, ad quam Naues ex Ægypto 15. & 12. dierum ſpatio, aliquando 8. perueniunt, plura ab amicis quotidie Vaſcula opobalſami recipio, inſpiciendi gratia, & ea primū aſpicio ſubſtantia magis, & minus craſſa. habui a D. Scipione Sacco Aromatario exquiſitiſſimo, a fratre Medico Cayri degente miſſo, à F. Hyeronimo Caetano Equite Hyeroſolimitano. 6. vncias coloris citrini diaphani, & pulcherrimi viſu, ſapore acriori, & linguam pungente, ab alio habui ſapore amariuſculo, ſed colore olei craſſi. ab alio fere ſubrubro, ſed non fluido, habebat Illuſt. D. Ioſeph de Balſamo Nobilis Meſſanenſis vaſculum veteris opobalſami colore melleo, ſed ſine odore, & ſapore, manſum poſt aliquod tempus intulit odorem noſtri opobalſami: alia multa vaſcula inſpexi omnia inter ſe aliquantulū odore, colore, ſapore, conſiſtentia varia; ſed parum. omnia tamen ſunt opobalſami ſpecies. Vti enim Vinum a Vino differt (Euonimus dixit Moſcatellum, a Lambruſca) ita Balſamū à Balſamo. nonne Vinum Albanum à Maluaſia, Maluaſia à Moſcatello, Moſcatellum a Græco, & Græcum, à Lacrima, &c. differt? ſunt tamen Vina. ita opobalſamum ab opobalſamo. imo vt Maluaſia, vel Albanum hoc anno eſt dulce, ſuperiori vero fuit aſperum; ita opobalſamum hoc anno collectum differet ab eo quod ſuperiori anno fuit collectum ſapore, odore, ſubſtantia. aliquando opobalſamum aceſcit vt Vinum. Equidem vltra xx. Opobalſami Cayrini vaſcula inſpexi, & omnia experiri volui. in aqua dilatabantur, magis, & minus; ſtilo poſtea vnita, aliquādo mox ſidebant, aliquādo verò in ſuperficie remanebāt? per aliquot dies, & fallitur hic Euonimus ſcribēs *in eaque miſcetur*, ma-

gnum ignorantiæ ſymbolum. duo contraria Opobalſamo tribuere *parum mergi*, & *continuo ſupra ſuperficiem expandi*: contra vero *in aqua miſcetur*? poteſt ne eſſe maior contradictio? maior inſania. ſi aquæ miſcetur, cur non fundo aquæ miſcetur? vidiſti ne vnquam vinum miſceri aquæ; & tantum ſupra ſuperficiem aquæ expandi? quam experientiam, quem ſenſum ſequitur periurus Euonimus? diabolicam? ſõniat, delirat, Demonio Mendaci vexatur. poteſt ne magis fatua proferre?

Cum Alpino de ſeneſcente loquitur. verum eſt, vidi 15. 20. & 30. annorum expertus ſum. num. 6.

Qui alios falſitatis arguit, arguendus ipſe, falſum enim eſt opobalsamum verum laneæ veſti inſtillatum maculam non reliquere, vt Quæſt. xxı. declarauí, num. 7. ſed deceptus eſt à verſione Ruellii. lactis coagulationẽ ex Auic. deſumpſit. Auicenna vero ex Dioſc. at Græcus auctor minime retulit ſtatim coagulare; ſed potius, vt lac coagulari, & cum lacte coagulari. & iſti Tiniſpole vellent caſeum conficere; ſed paſtores auari! numera pecuniam Theriacans Opobalsamũ optimum erit. Ego pecunia non moueor. optimus Iudex. Sed auri ſacra fames Iudicem ſæpe corrumpit.

Falſitatis prætenſæ cauſam tandem porturit. peperere Montes, ecce ridiculus Mus *non habet odorem opobalſami veri*. profer tu Opobalſamum verum. num. 8. noſter naſus differentiç iudex erit. interim nos odorem opobalſami ex Antiquorum ſcriptis Quæſt. 16. demonſtrauimus; & noſtrum eſſe eo odore, quem ipſi deſcripſerunt, & ſuauiſſimum illo tempore, quo Ambra, Moſchum, Zibetum, & ſimilia ignota erant. Validitatem etiam odoris in recentiſſimo conceſſimus, non in aliis. vnde ratione odoris nequaquam dici poterit falſum. neq; ratione coloris, vt diximus.

Quæſtione . 14. multo minus ratione ſubſtantiæ falſum dicetur, ſi quis perceperit, quæ Quæſt. 7. 8. 9. 10. 11. attulimus . quod nec operetur illius effe-ctus, certe ignorat Euonimus, ſed diſcat ex his, quæ ego ſum expertus.

num. 9.

Eadem repetit, etiam de odore. & negat opobal-ſamum noſtrum habere, copiam, qualitatem, & ſua-uitatem odoris veri Opobalſami. Herculem te præſti-tiſti Euonime, euge, ſalta, clama, io, io, Triumphè. ſed mox te Caccum catenis victum poſt currũ triumphans Opobalſamum trahet.

Quantitas odoris

Quo ad odoris quantitatem, nonne cum Alpino dixiſti variare ſecundum ætatem? in prima ætate validiſſimum eſſe, in ſecunda minorem, pauciſſi-mum in quartæ? ſed bone vir malus tranſcrip-tor fuiſti, qui in tertia ętate ſcripſiſti odorem fieri *maiorem*, cum dixerit Alpinus *ſuauiorem*; ſed debiliorem, at odor ille validus primæ ætatis percipitur forſan in aere Arabico, vbi nares calefactæ ſanguine manant. non in noſtro frigidiore; ſed natura, ei ineſſe Odorẽ tenuẽ patet, quia facile reſoluitur, & paulatim minuitur. quod aliis odoratis non ita accidit, habui balſamum 25. & 30. annorum, colore melleo non du-rum omnino; ſed ſine odore, & ſapore, diù manduca-ui: tandem percepi paulum odoris, vt in noſtro. non-ne dixi Quæſt. 16. Theoph. conqueri eius odorem in Græcia, eſſe tenuem, non qualem referebant Merca-tores? forſan odorem camphoræ, odorem olei lau-endulę, & Mari Cortuſii requires in Opobalſamo? quod natura tenue, & cito reſolubile eſt. nec ita pau-ciſſimus eſt in noſtro, vt tu facis; forte tuus naſus naſutũ te defecit. cũ ergo de odoris quantitate nil concludas in vanum laboras Euonime loquax. diſcas modo non ſecundum ætatem tantum variare odorem, ſed etiam

ſecun-

ſecundum ſpecies. Nam ex Trachy planta odoratiore, Opobalsamum educetur odoratius; & ſilueſtre odoratius culto. ſed volo Vobis ſubſcribere in ſummario veſtro, ſupra edito p. 92. dicitis conditiones deſcriptas ab antiquis intelligi de illo Iudęo ſolo. ergo non de Ægyptiaco Gal. quod erat inferius Iudaico. ergo per vos non ſunt omnes notę requirendæ, nec in Ægyptiaco, nec in Arabico. cur ergo tantum laboratis requirentes omnes ad amuſſim in noſtro Opobalſamo, nonne cernitis fruſtra laborare? iudaicum non eſſe fatemur, ſed Arabicum. tacete igitur loquaces insulſi.

Quo ad Qualitatem. adeſtote ſatellites, indicium ad torturam inuenimus. Euonime caue, fuge. ad me ſcripſit Colleg. Aromat. iſtud Opobalſamum eſſe *odore reſinaceo quaſi Iuniperi, ac Terebinthi.* Tu vero modo eiuſdem Collegii nomine, dicis *inferre quendam odorem iuniperi.* & retices Terebinthi, & ſubdis odorem veri opobalſami *thus, & Terebinthum cum alio ſuauiori odore redolere.* at hoc tertium ſuauiori odore retices. forte erit Euonimus, Euonimi odore? ſed Euonimus fætet. corrige igitur, & dele verbum *cum alio,* et pone *ſed.* ſic cum Alpino loqueris. ergo ſi ex ſententia Collegii Aromatariorum noſtrum Opobalſamum eſt odore *Iuniperi, ac Terebinthi,* & verum opobalſamum eſt odore *Thuris, & Terebinthi.* Quæ Cynicæ nares poſſunt differentiam iudicare? certè niſi ambo Opobalſ. in actu fuerint, nec Naſo, nec Naſutus iudicare poterit. mihi certe videtur ſibi contradicere collegium hoc, modo aſſerens, modo negans eſſe odore Terebinthi. vnde accuſandus puniendus vti conuictus ſuis met verbis Euonimus. faſſus eſt hic, odorem legitimi Opobalſami aſſimilari odori Terebinthi, admixti, alibi vero noſtrum opobalſamum eſſe odore Terebinthi. ergo per Collegium Aroma-

Qualitas odoris

tariorum; seu per Euonimos ſuos tutores, qualitas odoris opobalſami erit eadem, ac legitimi, capiatur igitur Euonimus falſa ſcribens, & pena falſi, & mendacis puniatur.

Quo ad ſuauitatem aberras Euonime Trāſtiberine, nōne aſſeruiſti eſſe odore, Thuris, & Terebinthi? dic poteſt aliam habere ſuauitatem, quam odoris Terebinthi, & Thuris? hęc hominibus noſtri æui nōn ſunt ſuauiſſima; ſed veteribus illis, at dices adeſſe aliud tertium ſuauiori odore. age, profer, quale eſt? Euonimos! innominatum, ignotum, ſi neſcis, neſcis etiam probare falſitatem, tace ergo. ſi enim inſuaue dices noſtrum opobalſamum, quia olet Terebinthum, per te inſuaue erit Terebinthum; ſed ſi tibi inſuaue eſt Terebinthum, erit etiam inſuaue antiquorum Balſamum, quod per te Terebinthum olebat; quo ergo pacto dicis ſuaue antiquorum Balſamum, Terebinthum olens, & noſtrum inſuaue itidem Terebinthum olens? ecce te in crucem duxi Euonime. conuictus es, & tua ignorantia omnibus patet, erubeſce. at non licet; quia faciem liuidam reddidit Coppa.

ſuauitas odoris

Sed ſi Terebinthi odorem ſuauiſſimum Antiquis viſum fuiſſe oſtendero. cum iam cōſtet, tum Antiquorū opobalſamum, tum noſtrum Arabicum Terebinthum olere, nonne patebit, hoc noſtrum ſuaue dicendum, eſſe antiquorum naribus, & falſo hic te dixiſſe *parum gratum*, & alias *potius inſuaue*? Aures intende, pluſquam aſininas Euonime.

Theophraſtus 6. de cauſ. cap. 17. & 21. Terebinthum bene olere dixit εὐώδη, εὐοσμία vtens verbis. ſed 8. de Hiſt. cap. 2. βελτίστη μὲν γὰρ ἡ τέρμινθος. καὶ γὰρ συνεστηκυῖα καὶ εὐωδεστάτη καὶ κουφοτάτη τῇ ὀσμῇ ἀλλ᾽ ὀλίγη *Optima enim, quæ ex Terebintho, ſpiſſa namque gratiſſima, & leuiſſima odore; ſed pauca*. id videtur tranſcripſiſſe

Plinius. lib. 24. cap. 6. *placet,* inquiens, *Terebinthina odoratiſſima, atq; leuiſſima.* Ecce, Euonime, Terebinthina dicitur gratiſſima, *&* *odoratiſſima.* ſuauitate,& quantitate odoris. non tamen noſtris naribus videtur multum diſtare a noſtro opobalſamo. ergo, & ipſum, naribus antiquorum gratiſſimum, & odoratiſſimum videretur.

Gal. autem 3. de comp. m. per g. cap. 8. agens de medicamentis odoratis, & ſumptuoſis a diuite expertis ſcripit. *Cinnamomi, Dictamni, Mari. ſingulorũ partem vnam. Hac namq; odorata ſunt, & ſubtilia. hæc contuſa cribroq; ſubtiliſſimo ſecreta miſcere iuſſi cerato ex opobalsamo optimo, & cera tyrrhenica facto. commodum vero eſſe conieci, ſi ceræ partes 8. opobalſami. 10 receperit. At ne friabile medicamentum foret.; ſed ſibi cohærens vnitumque, etiam reſinę Terebinthinæ, quæ & ipſa eſt odorata, modo ſit optima, partem vnam adieci.* ex quibus colligemus duo. primum. Terebinthinã eſſe odoratam. ſecundum. miſceri cum opobalſamo. ergo id non alterat. quia ſimilis odor, vt dixi. & ſi vituperandus eſt noſtri balſami odor, vituperabitur etiam Terebinthinæ odor, quo repulſo Antiquorum opobalſami odor ſuauis nequaquam dici poterit. at hoc ſuaue ergo, & illud.

Cyphi erat ſuffumigium Deorum Ægyptiorum, in templis ſuis. an credes Sacerdotum naribus ſuaue, an negabis? negare nequis. ſi ergo ſuaue. compoſitio recipit Terebinthum in maiori copia, vnde maxime Terebinthum olebat talis ſuffumigatio; ſicut & olere obſeruamus. ſuffumiga Troc. Cypheos, cognoſces vigere odorem Terebinthinę, qui odor ſi antiquis erat gratus, etiam noſtrum opobalſamum antiquorum naribus gratum pronuntiabitur.

Plutarcus de Iſide, & Oſiride. paulo ante finem

agens de ſuffituum ratione in Ægypto. *ſtatim*, ait, *vt a ſomno ſurrexere, Reſinam adolent* ( τέρμινθον ) *reficientes aerem, & ſecretione purgantes, ſpiritus, qui concretus cum corpore languorem contraxit reſuſcitantes, habet enim odor reſinæ vehementiam quamdam, & vim percellendi*. & addit Kyphi suauem emittere, vtilemq; exhalationem.

Ex quibus patet odorem Terebinthi ab antiquis fuiſſe dictum ſuauiſſimum, gratiſſimum, & tenuiſſimũ, at opobalſamum noſtrum eſt odore Terebinthi; vt ad me ſcripſit, Colleg. Aromat. vt patet. pag. 61. ergo dicemus ab antiquis futurum fuiſſe, vt ſuauiſſimum prædicaretur. Ecce demonſtraui Terebinthi odorem ad antiquis fuiſſe dictum ſuauiſſimum, nec non etiam noſtrum opobalſamum eſſe Terebinthi odore. cur igitur Euonimus, qui nec naſutus, nec naſatus comparet, obtuſas non emungit nares, vt odorem diſtinguat. ſed ſatis luſi. ſunt Baccanalia, cum personatis Euonimis ludere licet. inſaniunt ipſi,&nos debaccemur, concocto Vino reſipiſcent.

Te perfectum oſtendis dialecticum, ab enumeratione ſignorum ætatum opobalſami, colligis nullam habere ætatem. non ſenex, non inuenis, &c. ergo nihil. ego autem miror Collegium Aromatariorum Vrbis in colore noui opobalsami deſcribendo adeo titubare. ad me enim ſcripſit, *colore turbido*: & ad Illuſtriſ. Collicolam. *non eſſe turbidum*. ſed habere *colorem mellis obſcuriorem*. tamen ad me miſit Adm. Illust. & Excell. D. Leonardus Giſlenus, portiunculam iſtius opobalſami, quæ colore turbido, craſſo, & ſubuiridi, albidoq; adhuc conſpicitur, nequaquam colore mellis obſcuriore: tale enim eſſet in vltima ætate; eiusdem coloris etiam miſerat Manfredius: at ego nunc in primæ ætatis finè tendētem ad ſecūdā illud

*nũ. 10.*

titubantia

eſſe

eſſe affirmaui . cum primo allatum eſſet ſimpliciter recens . Verum me miſeret Euonimi , qui ſi enaſus, ſiue ſine odoratu eſt, etiam ſemicęcus apparet, qui non videt colorem noui Opobalſami minime dici poſſe *mellis obſcuriorem.* eſſet nigrum Opobalſamum Plinii. quando autem dicis Euonime *ſubſtantia illius eſt fluida , & non craſſa vt Terebinthum.* mens ægrotat. velles Opobalſamũ in prima ætate non eſſe fluidum ; ſed Terebinthum permanens ? quomodo inſtillari poſſet in aquam, ſi ſic eſſet ? in tertia ætate eſſet colophonia friabilis. nonne aduertiſti hoc Opobalſamũ craſſum, & viſcidum, e vaſculo prodire lentiſſime, vt parum fluidum appareat ? certe profers, quę non vidiſti, quæ non es expertus. ſed Euonimus, quia ſibi videtur, eſſe perſonatus, & legentibus ignotus, vt dicat Opobalſamum verum eſſe falſum ( prætio forſan accepto ) etiam ſemet ipſum denegat, nedum veritatem ipſam, nil curat iuramentũ rupiſſe , nil mendacii crimen. cenſet Aromatariorum ſe animos capturum ad omnes ægrotantes ab ipſis conuocandum fore. ſed Vates Caſtellus deceptum profert, expetitur proditio : ſed proditorem deteſtantur omnes, & eo magis quùm lis amittitur.

Elleboro indiges Euonime; ecce Manelphus meus, nti. 11.
quem etiam contra te ſcripſiſſe audiui, & ego adſumus Ellebori doctores. mentem inſano reddemus. non debes in iudicium proferre, quæ non es expertus; ſed tantum imaginatione concepiſti.

1 Etenim ais in aquam deſtillatum deſidere, falſum refers, vt vigeſies ſum in hoc expertus, centies in aliis: nam ex alto in aquam inſtillatum parum mergitur ob vim caſus ; ſed continuo aſſurgit ad aquæ ſuperficiem, vt de Opobalſamo vero tu fateris . & in xx. vaſculis Opobalſami ſum expertus in aq; ſuperficiem dilatari.

ſed

ſed ſtilo vnitum, aliquando ſtatim ſidere, aliquando non.

2 Licet aſſurgat attamen non ſupra totam aquæ ſuperficiem expandi. Reſpondeo mihi id pluries experto variè ſucceſſiſſe, vt mirarer euentum. nam Septembri Menſe, quando primo ad me fuit hoc opobalſamum transmiſſum 5. vel 6. guttę inſtillatæ in aquæ cyathum totam occupabant ſuperficiem, menſe autẽ Decembri vix medietatem, non ita dilatabantur. proieci in aquam feruentem nihil dilatabantur, ſed craſſefactæ ſunt; Ianuario ex aliis vaſculis idem ſucceſſit; vnde non valet tuum vnicum experimentum contra plurimos contrarios.

3 Ais apparet manifeſte ſeparatum ab aqua, nec cum ea permiſcetur. hic falſa ſonias, rationi,& tibi contraria profers. quando.n. ſomniaſti debere permiſceri cum aqua? anne cenſes Reſinas aquę miſceri poſſe ? dic quomodo poteſt permiſceri aquæ, & ſuper ipſius ſuperficiem expandi? ſi diſſoluitur cum aqua ſuperficiali, quę eiuſdem eſt ſubſtantiæ cum inferiori, poterit diſſolui cum tota aqua, & ita diſſolutum, non erit in ſuperficie tantum. at ſi eſt in ſuperficie tantũ, non poteſt eſſe aquę permiſtum: deinde dic, quomodo *miſcetur & diſſoluitur* in aqua, ſi ab ipsa, *ſeparatum ſecernitur*? dixit Alpinus in aqua inſtillatum dilatari maxime, ſed stilo poſſe vniri: dilatari, non est ſolui. ergo. ſi potest ita vniri: non erit aquæ permiſtum, sed vt oleum ſupernatãs. ſed differet ab oleo, quia stilo vnitur non diſpergitur, vt oleum. miror te ſcribere. noſtrum apparere *manifeſte ſeparatum ab aqua*. legitimum *ab aqua maxima cum difficultate ſeparatum ſecerni*. ecce in quo conſiſtit tua vis magis,& minus ſeparatum. ſed paruus philoſophus, & Magnus Bos.

Quod de macula ſcripſiſti tibi condonandum eſt, ob prauam verſionem Ruellii. lege igitur Quæſt. meam. xxi. diſces vt ſit intelligendus Dioſc. ſimiliter de lactis Coagulatione lege Quæſt. xx. Tandem concludis, vt optimus logicaſter in Barbara. Balſamum eſſe factitium, & falſum, quia ignoras illius falſitatem. ignoras illius compoſitionem. ergo non debet admitti in Theriaca, quia Euonimus ignorat. at vbi dormis ferula ? inſtant Baccalia tu perſonatus ridendi occaſionem proponere voluiſti, bellus es, lepidus certe. eugepe. Gratianum agis. *num.* 12

Expuis in Cœlum Euonime. parui pendẽs approbationem ſummorum Collegii Archiatrorum ? qui te doctorem crearunt ob ſuam benignitatem, non ob tua merita. contra quos ſcribere, & agere iuramento obſtrictus es. hæc eſt merces, paruo prætio aſſumpto, contra iuramentum, contra bene factores agere? ſi ſuper eſſet doctiſſimus Auerrinus! deceptos dicis ? hoc eſt crimen læsæ Maieſtatis ! Quæ mature Protomedicus, & Cõſiliarii: Excellentiſſimi Summi Collegii Doctores: Profeſſores almi Gymnaſii: ſcriptores præclariſſimi ſanciuerunt, aſſeris tu facta ob deceptionem? immo dicis deceptum eſſe ſapientiſſimum, & Prudentiſſimum Collegium á fide, & prætenſa integritate. dd. Aromatariorum. ac ſi deceptores ſint illi diligentiſſimi Aromatarii, ſine fide, & ſine integritate? arma terga Euonime. vtinam hæc non ſcripſiſſes; ſed te Decepit Diabolus periurum, qui iuraſti contra Collegium, qui te honore, vt dixi, affecit, non ſcripturum. reſipiſce igitur. Veniam pete, &c. *nũ.* 13.

At, quia me Vatem, ex Oraculo Apollinis loquuturum doctiſſimus Gislenus, non ſine miſterio, vocauit. iam mihi Apollo in aures inſuſurrauit, non vnicum Euonimum Romæ inſurrexiſſe, ſed plures perſonatos ſcrip-

titantes Euonima, Pſittacos inſulſos, Picas loquaces; ſed Picas. Iunonis Adulatores. Apollo etiam mihi dixit. multos doctiſſimos viros, immo etiam Mercuriũ ipſum tacere, ne Iunonem in Opobalſamum iratam ſuſcitet. ego miſer procul à Ioue Plutonis antra colo, ad Saturni falcem. iuxta Caribdim. Quare, &c.

Vrbis filius,

Collegii Medicorum, & Gymnaſii Vrbani Alumnus

pro veritate.

*Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo*

## *SIGNORE.*

ANcorche Antonio Manfredi, & Vincenzo Panutio Spetiali nel far la loro Theriaca ſieno ſtati viſitati dal Protomedico, & ſuoi Conſiglieri, come erano tenuti, & che con la loro autorità, et d'altri medici di Collegio habbiano poſto in opra il Balſamo vero, che in quella Compoſitione ſi ricerca, nondimeno nõ ſi sà ſotto che proteſto, ne con quale ragione alcuni Spetiali loro Emuli non hauendo riſpetto di voler ſindicare quel che da loro Superiori era ſtato prudentemente approuato, han dato Memoriale à N. S. narrando, che i detti Protomedico, e Cõſiglieri hauean approuato vn Balſamo falſo, quaſi che S. Santità con quella prouidenza, con la quale gouerna il Mondo, non tenga priuiſta la Città di Roma d'huomini ſufficienti a conoſcere qual ſiuoglia medicamento, che da gli

Spe-

Spetiali venga per l'vſo humano oprato. Ma perche la temerità di coſtoro è di gran pregiuditio, non ſolo alla reputatione del Collegio (il quale per fin quà tace per douer parlare a ſuo tempo) volendo eſſi tanto audacemente farſi ſuperiori, & ſindicare,& riprouar quello, che dall'iſteſſo Collegio è ſtato approuato, arrogandoſi d'entrar nelle coſe, che niente à loro s'aſpettano, ma anche all'vtilitá publica, procurando con queſtá calunnia di cōdennare la diligenza di queſti due Spetiali in trouar il vero balſamo, perche non ſia biaſimata la negligēza loro; contentādoſi per minor faſtidio di cercarlo,& minor ſpesa in comprarlo di ſeruirſi de' ſuoi ſuccedanei, & temendo per queſto, che la Theriaca del Manfredi, & del Panutio non ſia per eſſer dichiarata, come veramente è, molto più della loro efficace, per queſto è neceſſario opporſi all'impoſture fatte da loro, tanto nel Memoriale dato á N. S. quanto nella ſcrittura da eſſi in difeſa della loro opinione publicata, accioche ſcoperta la loro malitia ne ſiano debitamente ripreſi, & caſtigati, & da qui innanſi, ó vſino maggior diligenza in trouar i veri medicamenti, laſciando quanto ſi puó i ſuccedanei, o laſcino ſtar di far ſimili compoſitioni; poiche ſi vede, che queſta lor negligenza è cauſa, che non ſolo eſſi, ma molti altri Spetiali, che a pena ſan diſtinguere la Cicoria del Petroſello ſi pongono sfacciatamente à far la Theriaca, onde i Prothomedici de gl'anni paſſati ſono stati forzati a gettarne via alcune, come ſi farà coſtare quando biſognarà. Or perche non par che tocchi fin quà al Collegio, il parlare: mentre eſſo ſi tace, ſi procurerà con queſta ſcrittura di fare euidentemente apparire con quanta circonſpettione il Prothomedico, Conſiglieri, & altri Medici del Collegio, &Lettori di Studio habiano approuato il Balſamo, del

qual ſi raggiona, & per non allungar la ſcrittura, & moltiplicare in Autori, ſcieglieremo, & fra gl'antichi, & moderni ſcrittori vno di queſti, & vno di quelli per riconfrontare le conditioni del noſtro balſamo con quelle, che eſſi del vero apportano, fra gl'antichi dunque eleggeremo Dioſcoride, al quale tutti gl'altri ſi riferiſcono, & fra moderni Proſpero Alpino huomo dottiſſimo, & che molto più de gli antichi, quanto alla natura del vero balſamo conobbe per eſſer egli ſtato longo tempo nel Cayro, oue il detto Balſamo ſi raccoglie.

Se conſideraremo dunque la ſoſtanza, & il colore del noſtro balſamo, trouaremo apertamente eſſere tale l'vna, & l'altro, qual vuol, che ſia Proſpero Alpino; perche Dioſcoride, queſte due conditioni non tocca il vero balſamo nella ſua 2. età; perche quanto alla ſoſtanza, egli dice, che in queſta 2. età è tenue, & hà accompagnata ſeco chiarezza, il che nel noſtro balſamo è manifeſtiſſimo, eſſendo egli, per quanto può eſſer vn corpo reſinoſo, tenue, e chiaro, la qual chiarezza è accompagnata da vn colore aureo, come il vero opobalſamo nel 2. quinquennio ſuol hauere.

Se ſi conſiderarà in oltre l'odore, queſto ſecondo Dioſcoride deue eſſere gagliardo; má è da notare, che egli apporta le conditioni del migliore opobalſamo, dicendo, che il migliore è il freſco, e di odore grande: perche ben s'accoppia con la freſchezza l'odor grande, il quale, come proua l'Alpino, non è altrimente ſi grande, poi che hà paſſato la prima etá; ma tiene vn' odore, come di Therebinto, má più ſoaue, ó come altroue l'iſteſſo dice, vn'odor mezzano frà l'incenzo, & il Therebinto. & certo, chi vorrà ſanamente giudicare del noſtro balſamo, non potrà aſſomigliare il ſuo odo-

re ad altro odore, che à quello foſſe miſto d'incenzo, & Theribinto, & ancorche il detto odore per ſe ſteſſo ſi ſenta eſpreſſamente nondimeno chi meglio, & più eſpreſſamente la ſua qualità vuol giudicare, lo freghi sù la mano tanto, che ſi riſcaldi, che vedrá la coſa ſtare, come ſi dice.

Conſideriſi in oltre il ſapore del Balſamo, il quale nell'vero, come vuol Dioſcoride. è tale, che non habbia aſprezza, mà è aſtringente, & morde leggiermente il guſto, & l'vna, & l'altra conditione chi non riconoſce nel noſtro Balſamo, non sà che coſa ſia ſapore. Aggiunge l'Alpino, che con l'aſtringentia, & con quella acrimonia, con la quale feriſce leggiermente il palato, e anche vn poco amaretto, & queſta conditione ancora è manifeſta nel noſtro Balſamo, come nel vero.

Pone in oltre Dioſcoride vn'altra conditione del vero Balſamo, cioé, che ſia leggiero, & ſi disfaccia facilmente, & queſto ſi verifica, come vuol Alpino più nell'opobalſamo di qualche età, che nel molto freſco; perche quello ſi diſſolue facilmente nell'acqua, & viene di ſubito al ſommo ſtendendoſi ancorche vna picciola ſtilla foſſe, per tutta la ſuperficie dell'acqua, & non facendo di ſe moſtra alcuna, come ſe non vi foſſe ſtato poſto, & poi con vn ſtecco ſi caua dall'iſteſs'acqua à guisa d'vn ſottiliſſimo velo, & radunatoſi tutto inſieme muta il ſuo colore, & appariſce appunto come latte, come ancora Dioſcoride iſteſſo afferma: hor queſte coſe non ſi oſſeruano coſi per appunto ne balſami falſi, & adulterati con olii, ò con vnguenti, o altre reſine; perche non vengono ſi preſto al ſommo dell'acqua, ne ſi ſtendono ſi facilmente per tutta la ſua ſuperficie, ne ſi disfanno ſi prontamente, ne hanno il color ſi bianco;

mà fanno nella ſuperficie dell'iſteſs'acqua alcune ſtellette, o circoli, come l'iſteſſo Proſpero Alpino nota dopo Dioſcoride.

Il maggior dubio in queſto Balſamo era poſto innanſi, per 2. altre conditioni apportate da Dioſcoride del vero Balſamo, cioè che poſto ſopra vna veſte di lana, ne la macchia, ne vi laſcia ſegno alcuno, ſe non l'odore, & che quagli il latte, perche ne l'vna, ne l'altra conditione ſi oſſerua intieramente nel noſtro balsamo; perche ſi attacca alle veſti, & non quaglia intieramente il latte; ma circa l'una, & l'altra di queſte coſe è neceſſario ſtarsene a quelche ne dice l'Alpino, che l'vna, l'altra diligentiſſimamente nel vero balſamo, del quale haueua copia, eſſaminò. Dice dũque, che il balſamo non laſcia segno ne i panni à guiſa dell'olio, & delle coſe ontuoſe, che ſogliono fare, & coſi ſi oſſerua nel balsamo noſtro, che poſto ne i panni non laſcia quell'ontuoſità, che laſciano l'altre cose ontuose, ancorche vi ſi attacchi come i corpi reſinoſi tutti ſoglionó fare. Et quanto al quagliare il latte, vuol egli, che non ſia altrimente vero, che egli quagli il latte à guiſa del quaglio; ma più toſto che ſi quagli col latte, cioè che egli ſi quagli nell'iſteſſo latte; perche coſi ſi oſſerua nel noſtro, che nel latte ſi quaglia, & ſeco quaglia ancora qualche particella di latte, che con eſſo ſi vniſce; ouero poſſiamo dir di più, che queſta conditione è veramente del balſamo quando è freſco aſſai, & sul principio della prima età, hauendo all'hora ſeco tanta acrimonia, che odorato può far ſtillar il ſangue dal naſo, & agrauar notabile la teſta, mà perduta poi la detta forza non fà ne l'vno, ne l'altro effetto, ancorche reſti con la virtù, che ſi ricerca per li medicamenti.

Oltre alle dette eſperienze Simeon Sethi ne ag-

giunge

giunge vn'altra, & è, che tinto dell'opobalſamo vn ferro; & poſto al fuoco incontinente ſi arrouuentiſce, mà perche queſta conditione non s'oſſerua solo nel balſamo; ma in altri liquori, non è da farne ſtima alcuna: più da ſtimarſi, è vn'altra conditione da altri apportata, & è, che ſtillato il Balſamo ſopra vn ferro rouente ſi ſtringe à guiſa d'vna perla, oue il balſamo falſo, & altre raſine ſi ſpandono a guiſa dell'olio, & queſta eſperienza riſponde anche con l'altre beniſſimo nel balſamo noſtro.

Dalle quali cose chiaramente ſi vede quanto habbia parlato poco fondatamente, & quanto poca eſperienza habbia fatta del noſtro balsamo l'auttor della ſcrittura da gl'inſtigatori publicata; perche nega nel noſtro balſamo l'odore, che hà, il quale non è ſentito, e giudicato per quelche è, da chi non hà naſo, e non há tanto senso da poterlo giudicare, non vi sà riconoscere, ne il color vero, ne la ſostanza, ne il ſapore; ma ogni cosa dice a ſuo modo, anzi più tosto a modo dell'iſteſſi instigatori. Mà che più? nega infino l'eſperienze da Signori Medici del Collegio diligentemente fatte, ſenza hauerle forſi eſſo fatte, ne saperle fare. Mà questo per hora basterà in difeſa del vero, laſciando, che gl'isteſſi S.S. Medici di Collegio rintuzzino à ſuo tempo la temerità di coloro, che vogliono entrare, doue non ſon chiamati, e doue non hanno autoritá alcuna.

FVit ad nos miſſum ſupra poſitum Chirographum ſine ſubſcriptione; ſed dictio, ni fallor, mihi viſa est Doctiſſimi Pauli Zacchiæ, quem audio Typis

exactiſ-

exacti ſsimam Balſami defenſionem breui daturum; ſed cuiuſcumq; fuerit maximi facienda eſt, ob ſummam eruditionem, & exactam Quæstionis enodationem, vnde publica luce dignum iudicauimus pro Opobalſamo testimonium: dignas etiam, vt typis æditæ ab omnibus videantur, iudicauimus, duas alias ſequentes Reſponſiones Doctiſſimorum Almi Collegii Romani Archiatrorũ nempe Doctoris Balthaſſaris Bonanni, Medici eruditiſſimi, nuper Almi Collegii prioris, & Prothomedici Generalis, & Doctoris Baldi Baldi in Romano licæo Practicæ Medicinæ profeſſoris præclariſſimi. quorũ ſcripta ſcribentium doctrinã, ac eruditionem omnibus demonſtrant. vtinam prius ad manus meas perueniſſent, nõ tãtũ laboris ſuscepiſſem; nãque his reſponſionibus ſatis ſuperquè Opobalsamum defensum cognouissem; ſed quia ad me delatæ ſunt poſtquam compleuerat Typographus ſuprapoſita, nolui doctos, curiosoſque lectores defraudare; ſed meum ſubſequi in ſecunda parte: interim ignoſcant mihi, doctiſſimi viri, ſi quæ priuatim ſcripſerunt, non autem, vt ederentur: ego publica facio, dico, quia publica luce digna iudicaui. ignoſcant etiam meo Typographo lectores, ſi in Græcis dictionibus, accentuum errata inuenerint. nam litteræ græcæ deſiderabantur.

Illu-

*Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Colliculæ.*

# S. D. N. MEDICO EXIMIO Romana Opoballami veri.

PRO

## D. D. ANTONIO MANFREDO, & Vincentio Pannutio Aromatariis

CONTRA

## *COLLEGIVM AROMATARIORVM Vrbis.*

CVM Medicorum Doctiſſimorum diligentia effectum ſit, vt genuina ad Theriacam componendam ſimplicia omnia verè iam nota ſint, effectus tamẽ non planè reſpondeat vnius, adhuc, & quidem præcipui medicamenti defectus ex claſſicorum auctorum ſententia cauſa eſt, cur eos effectus non edat hodie Theriaca; ad quos á veteribus tant'opere celebratur, defectu nimirum opobalſami, quem oleum Nucis Muſcatæ, aliud vè ſuccedaneum ſupplere minimè poteſt; Verum ex quo compertum eſt, copioſè opobalſamum in Arabia fęlici, ac Ægypto prouenire, indeque tùm ad alias Regiones, tum etiam Venetias á mercatoribus aſportari, non defuerunt diligentes in pleriſque Italiæ Vrbibus Pharmacopœi, qui ingenti labore, & ſumptibus illud ſibi ad conficiendam Theriacam transmittendũ curauerint, quod deinde à Collegiis Medicorum illarum Vrbium poſt accuratum examen, non ſine ampliſſimo teſtimo-

nio approbatum fuit, conflataque ex eo Theriaca, ſucceſſu non caruit, & in prætio habetur. Illam vero, vt publicis teſtimoniis conſtat fabricati ſunt, Veronæ Ioannes Pona, & Franciſcus Calceolarius Aromatarii, vt ædita ab eis opera teſtantur, præſtantiſſimi, Mantuę Antonius Bertiolus Ducalis Pharmacopęus, Brixiæ Bernardinus Cigala, Neapoli Ferrantes Imperatus, ac Lucæ Balthaſſar, & Michael Campi, Venetiis item Lutetiæq; Pariſiorum, aliiſq; in Vrbibus ſimili modo paratam eam eſſe ab oculatis teſtibus accepi. Horum veſtigia ſequuti Manfredus, & Vincentius Pannutius diligentiſſimi Almæ Vrbis Aromatarii nulli labori, aut ſumptui parcentes opobalſamum habendum curarunt, vt, publicæ vtilitatis gratia, perfectam cum eo theriacam conficerent, illudq; à Prothomedico, Conſiliariis, aliiſq; Collegii Romani Medicis, inter quos fuerunt primarii Medicinæ Profeſſores, approbatum fuit, perſpectis in eo omnibus veri, probique, ac ſynceri opobalſami notis traditis à Dioſcoride, & Proſp. Alpino, qui Cayri ſexennium Medicinā cum fecerit, Balſami perititiſſimus fuit.

Primo color illi Luteus eſt, ſiuè aureus, qualis Opobalſamo paululum vltra quinquennium ab Alpino tribuitur. Dial. de Balſam. cap.4. vbi hoc habet. Opobalſamum continuò à ſtipite inſtillatum, ac exceptum albo colore conſpicitur, qui color paululo momento in ſubuiridem mutatur, qui poſt quinquennium aureus fit, ac demum Senio confectum craſſeſcens colorem mellis, obſcuriorem tamen accipit.

Secundo. eſt tenuè, ac nondum perfectè clarum, quemadmodum iam dictę ætatis opobalſamum ab Alpino deſcribitur, opobalſamum, inquit, recenter

edu-

eductum per quinquennium turbidum manet, à quo tempore fæces ad fundum deponere, & clareſcere incipit, per decenniumque ferè ipſum clariſſimum, tenuiſſimumq; obſeruatur. Poſtea ſeneſcens craſſeſcit Terebinthinæ in modum, ac rurſus turbidum euadit.

Tertio. eſt validi odoris Thuri, ac Terebintho congeneris cum maiori tamen odoris ſuauitate, quod in fricando fit odoratius: nam Alpinus loco citato ſic ait. odor in recentiſſimo opobalſamo validiſſimus, in medio tempore odor fit ſuauior Thus, ac Terebinthum redolens cum ſuauiori tamen fragrantia, ſenio denique confectum inodoratum fit.

Quarto. ad acorem non vergit; ſed guſtu ſubamarum, adſtringens, & modicè mordens percipitur iuxta Dioſcoridis, & Alpini ſententiam.

Quinto. leue eſt, facilèq; diluitur, in aquam enim inſtillatum non deſidet, ſed in èa proiectum parumper in ipſa mergitur, ferèque continuò aſſurgens ſupra totam aquæ ſuperficiem totum expanditur, eique miſcetur, & citiſſime in ea diſſoluitur, vt ab aqua maxima cum difficultate ſeparatum ſecernatur, in aqua paulo poſt concreſcit, atque coagulatur, coagulatumque ſtylo totum ab aqua eximitur, quod tunc colore lacteſcit, ſiue album, quale lac viſitur, quæ quidem veri, ac recentis opobalſami notæ ſunt, ſecundũ Dioſcorid. lib. 1. cap. 18. Alpinum Dia. de Balſam. cap. 3. & 5. ſi vero antiquum eſſet, vt aduerſarii volunt, ſegnius propter craſſitiem ad motum eſſet, ac difficilius in aqua, vel lacte liquaretur.

Sexto. lac coagulat, & ſi (vt Alpino placet, & dicitur Dialag. de Balſam. cap. 5.) non ita vt coagulum facit, quia lac non perfectè coagulat, quinimò cum ipſo coagulatur, ſiquidem ad lac perfectè coagu-

landum, coagulum neceſſario miſceri cum eo debet, & Opobalſamum, reſina cum ſit, rebus aquoſis permiſceri nequit; ſed ab iis ſuperficiem petens ſtatim ſeparatur, illam igitur tantummodo, quam tangit lactis partem, coagulare valet, cum actio ad diſtans non fiat.

Syncerum quoque hoc opobalſamum eſſe ex ſignis ab Auctoribus allatis cognoſcitur, ac primo ipſum oleo vitiatum non eſſe conſtat, cum lentore præditum ſit, reſinarum autem tenacitas oleo obligatur, præterea aquæ inſtillatum ſupra eius ſuperficiem inſtar olei orbiculatim non disfunditur, nec oleoſi quidquam in aqua relinquit: item in veſte maculas non facit, vt Plinius de Syncero opobalſamo aſſerit lib. 12. cap. 25. Demum in ferrum cadens inſtillatum nõ liqueſcit, expanditurq; olei modo; ſed in orbem concretum paulatim comburitur.

Sed neq; vnguentis adulteratum eſt, quoniam parui temporis ſpatio in fundo vaſis vnguenta ſidere neceſſe eſt; neque cera, cum clarum ſit; neque melle vitiatum eſſe poteſt, cum ſaporem dulcem non habeat.

Quod Aduersarii obiiciunt Balſami plantam in Syria, vbi ex Theophraſto, & Plinio tantum naſcebatur, iàm deſiiſſe, id apud Philoſophos, & Theologos certum, & exploratum eſt rerum ſpecies perpetuas eſſe, & alicubi ſemper comperiri; ſingula vero ſpecierum indiuidua interitui eſſe obnoxia. Præterea non ſolum in Syria; ſed etiam in Ægypto balſamum fuiſſe, Dioſcorides, & Galenus referunt, ac patrium illi ſolum non eſſe, niſi Arabiam fœlicem, inter veteres teſtantur Diodorus Siculus Hiſt. lib. 2. num. 48. circa finem. Strabo Geograph. lib. 16. Ioſeph de antiq. Iuda. lib. 8. cap. 16. & Pauſanias in

Boetica, ex neotericis vero Petrus Bellonius lib. 2 cap. 39. Suarum itinerariarum obſeruat ; Andreas Chioccus in deſcript. Muſæi Franc. Calceolarii Iunioris cap. de opobalſamo. Michael Doringius de opobalſam. Ioan. Pona ſimiliter lib. de Balſam, ac præter alios multos Carolus Cluſius in materia medica verſatiſſimus exoticorum lib. 10. cap. 9. in annot. ad Monardem de balſamo pag. 304. ſic inquit. Arabia fœlix, quæ ſola balſami plantas ſponte naſcentes ab omni æuo protulit, ac etiam profert, & legitimum balſamum præbet; aluit quidem AEgyptus loco quodam Cayro vicino, quem Matharia appellant, & nunc etiam Opobalſami frutices alit; ſed & ex Arabia ſemper petit, quemadmodum olim Iudæa habuit; præter hos balſamum non ſolum ſe vidiſſe; ſed & habuiſſe affirmant Braſauola in examin. Simplic. pag. mihi 396. Busbequius de legat. Turc. Epiſt. 4. prope fin. Nicol. Chriſtoph. Raziuil. in ſua Hieroſ. peregr. pag. 177. ac vt alios omittam Scaliger exercitat. 157. Sect. 1. qui Cardanum balſamum defiiſſe, & in paruo eſſe prætio aientem vanitatis coarguit.

Dicunt præterea ſyncerum opobalſamum iam à tempore Galeni paucum fuiſſe, ſed vt plurimum adulteratum, ac propterea, vt Syncerum à factitio dignoſceret, in Syriam ipſum nauigaſſe, multa hic volens prætermitto, illud ſolummodo dicam, quod Anaſtaſius Bibliothecarius refert in vita S. Siluestri ſcilicet Eccleſiam S. Petri ex fundis ſibi in oriente à Conſtantino Donatis in redditus habuiſſe Balſami libras 225. Eccleſiã vero S. Pauli lib. 50. Ex eo, quod opobalsamum omni æuo, plerumq; mixtum fuerit, non rectè arguitur eius penuria ; Siquidem quam maxime odoris gratia vſui erat, vti de moſco hodiè

euenit

euenit, quod tametſi in copia reperiatur, vt plurimum tamen adulteratum eſt, itaut vix a myropolis, ſiue vnguentariis ſyncerum cognoſcatur, & ex ipſo Galeno colligitur, illius etiam ætate multum opobalſami extitiſſe, cum is, non raro opobalſamum in ſuis medicamentis apponat, & quandoque vncias ſex vt in lib. de comp. med. per genera cap. 13. Secundo vero de compoſit. med. ſec. loc. cap. 2. fortia medicamenta per opobalſamum diſſoluit, vt mitigentur, & primo de Antidotis cap. 5. Inquit, propterea tales Antidotos Romæ conficiunt; non ſolum optimi quique medici, ſed etiam Vnguentarii, qui tametſi omnes in earum compoſitione nunc plus, nunc minus impingant, eas tamen vſui non inutiles conficiunt, quo tempore Antonius Imperabat Theriaca à multis diuitibus parabatur.

Quod denique aſſerunt opobalſami odorem eſſe ſuauiſſimum cum a doctiſſimo Cornelio a lapide in ſuis ad Eccliacum Commentariis ſect. 2. *diluatur*; eius verba afferam. Balſami, inquit, odor virtutem habet maſculam, & fortem, quocirca balſamum velut virile, & generoſum, reliquiſque vnguentis pręcellens *viris* adhibere ſolebant, cum fęminis daretur amomum, Aſſyrium, aliaq; idgenus delicata vnguenta iuxta illud Martialis.

*Balſama me capiunt hæc ſunt vnguenta virorum.*
*Delitias Nini vos redolete nurus.*

Hinc materia Sacramenti Confirmationis, quo perfecti Chriſtiani efficimur vngimurque, quaſi milites & Athletæ Chriſti ad pugnandum contra Diabolum, Carnem, & Mundum, & cet. & paulo poſt. Virtutum Deiparæ Fragrantia nil habuit molle, vel effęminatum, ſed virilis fuit, & maſcula. Ruptim hæc pauca.

Quare Iacob Balthaſſar Bonannus.

*Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſ. Colliculæ,*

S. D. N. MEDICO INTIMO,
Per Illuſt. & Admodum Excell. D. Io.
Iacobo Vbaldino Deputatis,
Romanæ Theriacæ, ſeu opobalſami

PRO

*D. D. ANTONIO MANFREDO,*
*& Vincentio Panutio Pharmacopolis.*

CONTRA

COLLEGIVM AROMATARIORVM
Vrbis.

EXcellentiſſime Domine Theriacam hoc anno, per eleganti, ac laudabili ſelectorum medicamentorum apparatu in Vrbe a D. D. Antonio Manfredo, & Vincentio Panutio Aromatariis compoſitam nullo modo eſſe reiiciendã, vt ex aduerso inſtant alii Pharmacopolæ, quod, vt prætendunt, opobalſamum in illius compoſitione adhibitum non ſit verum; ſed falſum, & factitium, atque adulteratum, inde patet, quod eorum fundamentum omnino labile exiſtit, & vanum quandoquidem opobalſamum illud, vt experimenta à Prothomedico, & aliis ſex Medicis Collegii Archiatrorum habita demonſtrarunt, tametſi non fuiſſet in ſummo perfectionis gradu, vtpotè forſan non per inciſionem Balſami, ſeu fruticis; ſed per decoctionem frondium eiuſdem plantæ factum. fuit tamen, & eſt verum, ac ſyncerum opobalſamum, nequaquam verò

adul-

adulteratum, factitium, & falſum, vt aduerſarii imponunt.

Quod autem non videatur eſſe ex eius Balſami, genere; quod, & vulnerato arboris cortice promanat ex hac Aurelii Gisleni Busbequi olim Imp. Ferdinandi, ac Maximiliani apud Turcam Solimanũ oratoris narratione conſpicitur. ſic enim ſcribit nobilis hic Auctor Epiſtola. 4. De Rebus Turcicis. *Cum Conſtantinopoli eſſem donauit me Hally Baſſa veſte ſanè quàm eleganti auro inteſta, & plena pixide præſtantiſſimæ Theriacæ Alexandrinę: poſtremo adiecit vaſculum vitreum plenum Balsami; sed non ſine verborum honore.* Cætera, *quæ mihi donaſſet non ſe magnì ducere, quod pecunia comparari poſſent, hoc eſſe munus rarum, quo Dominus ſuus nullum maius amico, aut conſederato* Principi *donare poſſet.* Se *aliquot annis Ægypto præfuiſſe, & ſibi datam eſſe eius habendi facultatem. Duplex eius fructicis ſucci genus: vnum quod ex oleo decoctorum foliorum cogitur, quod nigrum eſt, & vile; non flauum, quod ex vulnere inciſi corticis, ſtillat, quod eſt genuinum quo tum ab eo donatus.* Hæc Busbequius ex quibus deduci poteſt liquorem illum nobiliſſimum e Balsamo emanantem hoc potiſſimum tempore non facile ad noſtras Regiones poſſe aduehi, ac proinde non ſine fundamento me dubitaſſe, an opobalſamum de quo eſt controuerſia ſit perinciſionem collectum, & eo vel maxime quod in illo omnia adamuſſim non obſeruantur, quæ de opobalſamo ab antiquis fuere promulgata.

Quod vero ex alio extet genere: indè perſuadetur, qnod iſtius ſucci tanta non eſt apud AEgyptios penuria, vt iam dicti; ſed in magna copia illuc ex Arabia defertur, vt Io. Veslingius nunc Anatomicus prima-

rius

rius, & Botanicus in Patauino Gymnaſio, qui dudum Regiones illas perluſtrauit in ſuis obſeruationibus, & notis ad Proſperum Alpinum de Plantis AEgyptiis his refert verbis. *Non tamen exiſtimandum eſt, quod Memphim ex Arabia lagenulis, vitreiſque plenis aduehitur Balſamum quantumuis odoris ſuauitate gratum ſit ſincerioris concretionis lachrymam eſſe: minimum equidem eius ex plaga corticis deſtillat; maxima pars ligni, frondiumque decoctione conflatur*; Cum ergo maxima iſtius adſit copia, nulli mirum videri debet, ſi Venetias portio aliqua transmiſſa eſt, & inde etiam ad Vrbem. Quod ſi præteritis temporibushoc factum non eſt, aut infrequentervalde. in cauſa fuit; non ſolum Aromatariorum pene omnium negligentia, ne dicam auaritiam, ob quam relicta perquiſitione opobalſami, vt pote multi prætii, contenti ſunt ſuccedaneis apprime vilioribus; ſed vt Euangeliſta Quatramius lib. de Ther. & Mithrid. ait quia Medici nimium addicti probationibus veri opobalſami à Dioſc. & Plinio propoſitis, illaſque non exacte recognoſcentes in hoc liquore, eum reprobarunt, ac reiecerunt, & ad ſuos Dominos remiſerunt.

Verum enim vero quantumuis probabile ſit, quod huc vſque eſt dictum de hoc opobalſamo exiſtimando per decoctionem elaborato, non proptera tamen id ita affirmatum velim, vt non poſſit etiam dici per inciſionem corticis illud emanaſſe, cum id nihil vetet pronunciare, imò validiſſimæ coniecturæ perſuadeant affirmare, ſtante maxime Proſperi Alpini, de hac materia, atteſtatione, ac doctrina, cui inter reliquos Michael Doringius lib. de balsamo Syriaco, Peruuano, Tolutano ſubſcribit. Siquidem Alpinus, qui fuit oculatus teſtis in orientali Plaga huius lachrymæ, dum varias illius ætates deſcribit, & in prima

quæ per quinquennium durat, colore dicat eſſe ſubuiridem, at ſubſtantia turbidum, inſtillatumque in aquã non deſidere; ſed continuò aſſurgere, & ſupra totam aquæ ſuperficiem expandi, ibique albeſcere, & ſtylo totũ eximi. noſtrũ vtiq; videtur probare opobalsamũ tamquam verum, quippe quod hæc omnia perbelle repræſentat. Quod ſi velimus etiam dicere non in prima, aut inter primã, & ſecundam, vt ego puto; ſed in vltima ætate conſiſtere, vt exercitatiſſimus quidam Pharmacopola Gallus, me presente, & inſtante, aſſeruit, non propterea ablegandum eſt, vt inutile, à Theriacæ compoſitione: quoniam non omnino ſenio confectum exiſtit, vt odor, & reliqui characteres demonſtrant, proindeque virtute non caret, niſi forſan tali, ac tanta, quali, & quanta recenter è frutice promanans donatum eſt. Nec cum Auic. ſcribit, vetus opobalſamum non habere virtutem intelligit de quocumque ſtatu vltimæ ætatis, & abſolutè opobalſamo antiquo denegat vires, vt ex eius loquendi modo comparatiuè facto apparet. Sic enim ait, & quod ex eo melius eſt, eſt recens, &c. ex quo, vt obiter dicã, deduco, non vndequaque forſan bene ſe geſſiſſe Medicos Patauinos, dum anno 1626. in apparatu Theriacæ ab Angelo Bolzetta Pharmacopola expoſito Carpobalſamum, Xylobalſamum, & Opobalſamum vera, & legitima iudicantes, ea tamen, vt antiqua à tali compoſitione abdicarunt, quod ſanè prẹſtandum non erat, niſi ex nimia vetuſtate talium medicamentorum vires penitus euanuerint. Id quod de noſtro Opobalſamo dicendum minime eſt, cum in eo tam conſiſtentia, & color, quam ſapor, & odor qualitatũ, ac virtutum prẹſentiam manifeſtent, eſt enim ſuccus iſte velut Gal. ſecundo de comp. med. ſecũ. loc. cap. primo, conſiſtentiæ mediocris, vt Alpinus tradit colo-

ris

ris ex viridi ad aureum tendentis, & vt Dioſcorides deſiderat, læuis, dilui facilis, aſtringẽs, modice mordens guſtu, non ad acorem vergens, & validi odoris. Quare, cum, ſiue per decoctionem, ſiue per inciſionem ſit factum, qualitates habeat ſynceri opobalſami, non eſt pro factitio, & falſo reputandum. Verum ex aduerſo pluribus inſtant modis, & argumentis. Primo enim inſurgunt quidam affirmantes non reperiri Xylobalſamum, ideſt lignum, ex quo emanat, & fit ſuccus prędictus, ac proinde nec talem ſuccum. Deinde aiunt, pretenſum opobalſamum non habere illum ſuauẽ odorem, quem deſcribit Plinius, & alii quam plurimi auctores. Tertio. aſſerunt fœdare pannum contra ac faciat verum opobalſamum, quod maculam non relinquit. Quarto. dicunt non coagulare ſtatim lac vt vult Auic. & Plinius. Quinto. affirmant illud aqua concretum peſſum ire, & ad ima ſidere, & poſtea diſſipatum ſupernatare, vt adulteratum facit, Dioſcoride admonitore. Et Sexto demum contra meas poſitiones dubitare ſic poſſunt, quandoquidem ſi tam exigua eſt opobalſami per inciſionem promanantis quãtitas, vt Busbequius, & Veslingius dicunt, qua ratione poterit hoc noſtrum in tali genere conſtitui? Ac præterea ſi eſt per decoctionem elaboratum, ergo adulteratum erit, & falſum? proindeq; reiiciendum. *oppoſitio neſcõtrariæ.*

Sed ad primam oppoſitionem reſpondetur, non ſolum cum Marco Oddo Patauino, qui conſentiente vniuerſo Medicorum Collegio talis Vrbis lib. de Ther. & Mithrid. compoſit. cap. 7. ait Monardem tale quid affirmantem, & omnes alios, qui cum eo ſentiunt videri Naturalis Philoſophiæ prorſus ignaros, in qua ſancitum eſt, rerum ſpecies eſſe ſempiternas; ſed cum auctoribus fide dignis, qui teſtes de viſu hos redarguunt, vt Busbequius, Radyuellius, Bellonius, *Reſponſio.*

Alpinus, et Veslingius. Busbequius enim iam citatus. & doctiſſimus Veslingius, qui per quinquennium in Ægypto rara hęc medicamenta obſeruandi gratia moratus eſt, & Arabes vidit ( vt ejus verbis vtar ) integros Balſami ramorũ faſces Cayrum deferre, id teſtantur: vidit nec non hoc idem, ac teſtatur Proſper Alpinus Veslingii in Patauino Gymnaſio Prædeceſſor, & antè iſtos, viri Clariſſimi iam dicti, Illuſtriſſimus ſcilicet Princeps Nicolaus Chriſtopharus Radziuilus Polonus, & Petrus Bellonius Gallus Cenomanus, quorum iſte, qui diligentiſſime Regiones illas circuiuit lib. 2. ſuarum obſeruat. cap. 36. Balſamum longa, accurataque oratione tamquam à ſe viſum degustatum, & omnino perpenſum deſcribit. Ille vero in ſua Hieroſolimitana Peregrinatione ædita Antuerpiæ. 1614. Balſami exiſtentiam his verbis oſtendit *Arbor hæc ( ſcilicet Ficus Faraonis ) ſita eſt in horto in quo Balſamum proueniebat, cuius etiam extant plantulæ duos circiter cubitos alta; ſed exaruerunt omnes. nam Aſſan Baſſa Prædeceſſor Imbraimi, qui meo tempore prouinciam adminiſtrabat Æthiopem quendam, qui curam balſami habebat, quod magnam pecuniæ vim colligerat, præfocari iuſſit, quo factum eſt, nullo qui Arborum eiuſmodi curam gerere noſſet, reperto, pænitus deperirent, in fœlici tamen Arabia Imperatore Solimanno procurante Balſamum in copia prouenit ex hoc horto, vt plurimum tranſplantatum; quod etiam Mecha per Carauanam aduebitur eius mecum bonam quantitatem aduexi*. Præterea vnde habent aduerſarii, quod plantę iſtæ, quas Arabiæ, & Ægypto datum eſt gignere, vt ait Strabo lib. 16. quæque, vt Galenus noſter affirmat cap. 4. lib. primi de Antidotis in multis Paleſtinæ prædiis colebantur, & ex illis ſuccus colligebaturi, & quæ insuper poſterioribus

ſeculis adeo propè Babiloniam fertiles erant, vt tantam ſucci copiam gignerent, qui etiam pro lampadibus ante Aram Principis Apoſtolorum in totum annum Romæ conſeruandis ſufficeret, vt ſcribunt Petrus Damianus, & Cęſar Baronius, referente Io. Seuerano lib. de Memoriis Sacris Septem Eccleſiarũ pag. 123. vnde, inquã, habẽt, quod perierint, vel adeo imminutæ fuerint, vt exiguam modo, vel nullam opobalſami quantitatem producant? Potuerunt ſane agreſtiores reddi, vt tales quoq; redditi ſunt Populi illi ob tirannicum Turcarum Imperium, proindeque non ita perfectum, ac laudabilem ſuccum progignere, quemadmodum antiquitus ob meliorem culturam faciebant; Sed abſolute deficere, ac perire potuiſſe in natiuo pręſertim ſolo, vt Arabia eſt (non Iudæa, & Matareæenſis hortus) nequaquam veriſimile eſt.

de Odore.

Ad ſecundam oppoſitionem reſpondetur, verum quidem eſſe Plinium Opobalſamo attribuere ſuauitatem eximiam, adeo vt Pauſanias etiam odore præ cęteris vnguentis iucundiſſimum dicat; ſed non ita affirmare Dioſcoridem, & ex Galeno, & Auic. aliiſque præclarioribus Medicis, imo ex ipſo Plinio deduci; nam Dioſc. ait, eſſe validi odoris, hoc eſt acuti, & Gal. dum ſcribit primo de Antid. cap. 13. ſic poſſe Opobalsamum adulterari, vt nullatenus, vel non exacte poſſit ſincerum ab adulterato ſecerni, talis que adulteratio, vt Dioſc. Plinius, & Auic. docent fiat per admiſtionem Therebinthi, Cyperi, Mirthi, Lentiſci, Balani vnguento, item Suſino, Metopio, Reſina, Galbano, Melle, aut Cypria Cera liquida, vel oleo de Pino, & oleo de Maſtice, & cera diſſolutis in oleo de liguſtro, quis non videt opobalſamum non conſtituere tam ſuauis odoris, vt vulgo putatur? cum tam eximia ſuauitas, vel quid ei ſimile, non poſſit ex admi-

ſtione prædictarum rerum conſurgere: vel ergo ſuccus iſte non debet eſſe tam odoratus, vt volunt Pauſanias, & Plinius, qui illum forſan numquam admouerit naribus, vel Dioſcor. & Auic. imo Plinius ipſe in deſcribenda adulterationis materia aberrant. & profecto dum antiqui illius odorem celebrant, loquuntur in comparatione ad res odorificas ſui temporis, in quo non aderant Moſchus, Ambra, Zibet, Belzoi: ſed Spicanardi, Mirrha, Cinnamomum, & huiusmodi, quibus licet tribuatur ſuauitas odoris, illa tamen exigua eſt, & minima reſpectu Moſchi, & aliarum rerum prædictarum. melius ergo qualitatem hanc in opobalſamo delineauit Dioſcorides, dum ſcripſit debere eſſe validi odoris, & ãte ipſum ſacræ paginę aromatizãs vocantes, & ſolummodo odorem dare affirmãtes.

de Macula. Ad ſecundum reſpondent Alpinus, & Quatramius non debere, videlicet, ſine macula omnino remanere pannum; Sed eam non dilatari, ac creſcere, vt facit, quæ ab adulterato prouenit, ratione nempe olei, aut rei vnctuoſæ, quę talem ingreditur miſtionem, quod numero de hoc ſigno affirmat Alpinus, & de eius validitate egregie in controuerſo ſucco obſeruatur.

Ad Quartum idem reſpondet Alpinus. lac quidem coagulare, non tamen ea energia, & efficacia, qua coagulum; nam reuera opobalſamum noſtrum lac non perfecte coagulat, ſed cum ipſo potius coagulatur, & ſpiſſatur; nec mirum (vt addo) quia diſcuſſoriæ ſit ſubſtantiæ, & non nihil calentis, vt ait Gal. ſecundo. de Lacte. ſimpl. loc. cap. prim. magnam nõ videtur poſſe in lacte progignere coagulationem; ſed mediocrem, & moderatam, vt mediocris eſt, & moderata eius adſtrictoria uis. Ex quo infero, quod ſi velimus ſtricte hoc ſignum conſiderare, vt & antecedens de macula, quibus tantum tribuit Plinius, nullum vtique declarare

vn-

vnquam poſſemus ſyncerum opobalſamum. Id quod expertus fuit *Busbequius* in ſuo illo ſupra enarrato liquore ſibi dono dato ab Halli Baſsà, quem medici Cęſarei auſi ſunt in dubium reuocare, quod, vt ille ait, non ex toto notis, quas requirit, Plinius reſpondere viſus ſit, & tamen, vt ille loco ſupra citato pag. 294. Subiungit. *Hoc quidem certo certius ſcio e fruticibus illis, qui in hortis Matareæenſibus* Cayro propinquis *coluntur profluxiſſe* cuius effectus; ſeu potius defectus ea videtur poſſe cauſa aſſignari, vt ille addit, quod vetuſtiſſimarum illarum plantarum, vnde promanat, uis aliquantum ætate (addo ego cultum) imminuta ſit.

Ad Quintum reſpondetur: quod cum Dioſcorides ait, hallucinari eos, qui opobalſamum aqua concretũ peſſum ire, ad ima ſidere, arbitrantur, poſtea diſſipatũ ſupernatare id ſibi velle, quod nimirũ illi decipiuntur qui dicunt syncerum opobalſamum debere neceſſario peſſum ire, & ad ima ſidere, quia hoc non accidit niſi cum cum ex alto proiicitur, vt prorſus in noſtro animaduertere eſt, quod ſolum cum ex alto cadit fundum petit, & ad ima deſcendit, & poſtea non vt adulteratum diſſipatum antequam ſupernatet; ſed prius ſupernatat, quam diſſipetur, & dum ſupernatat, oleũ non imitatur. ſe conuoluens, & in ſtellæ modum diffundens; ſed ęqualiter totam occupat, admirabili quodam modo, ſuperficiem aquę, nullam ſtellæ figuram repręſentans.

Ad vltimum demum reſpondetur contradictionem nequaquam includere poſitiones factas, quia Busbequius loquitur de ſucco ex hortis tantummodo Matarcę collecto, qui ſane ob culturã præſtantior exiſtit, & non niſi ad manus Principum deuenit, non de alio, qui paratur per inciſionem in Arabia, & aliis locis ex fructicibus Balſami extrahitur, cuius ſane, licet à Veslin-

gio

gio dicatur quoq; adeſſe minima quantitas. id potius intelligendũ eſt in ordine ad ſuccum per decoctionem extractum, quam ſimpliciter, & abſolutè.

Opobal decoctum.

Cum vero ſubiungitur opobalſamum per decoctionem non eſſe verum; ſed adulteratum, quod ſanè videtur etiam aſſerere Proſper Alpinus, fundamentum profecto non habet, ac probabilitatem vllam, niſi in tali decoctione aliquid aliud ſuperadditur: ſi enim tale opobalſamum falſum non eſt, & ante compoſitum, ſed vi ignis, & aquæ ex fructicibus illis extractum, cur dici debet adulteratum? nonne eſt ſuccus talis plantæ, nullam in ſe continens materiam extraneam? quomodo ergo poteſt dici adulteratum, niſi per hoc nomen intelligere velimus, non adeo perfectum? quod ſanè vltro, libenterque concedo, cum videam primum appellari genuinum à Busbequio, ſecundum vero vile in ordine ſolum ad illud: ambo tamen ſunt naturales Balſami ſucci, & è viſceribus illius exierunt, & nullam extraneæ materiæ continent, & admittunt miſtionem, vt adulteratum opobalſamum facit. Si quidẽ Dioſcor. Plinius. Auic. & alii. dũ docent modum illud adulterandi ſolam proferunt extranearum rerum miſtionem, vnde ſicut Balſamum Peruuianum nigrũ, quod fit per decoctionem frondium, & ramorum, eſt verum Balſamum, vt album, quod per incisionem arboris reſultat, licet non ſit iſtud perfectum, quemadmodum videre eſt apud Monardem (quo propterea Valentini Medici, & alii multi vtuntur pro ſuccedaneo Syriaci opobalſami) ſic enunciandum eſt in caſu noſtro, ac proinde nullo modo eſt illud abdicandum à compoſitione Theriacæ; imò recipiendũ omnino, vtpotè magis ſimile perfectiſſimo opobalſamo, quam oleum Nucis Muſcatæ, aut quodlibet aliud pro ſuccedaneo commendatum.

Sed

Sed dato etiam, & non conceſſo liquorem hunc non eſſe verum opobalſamum, ſed quid compoſitum ex Therebintho, & alijs gummis, & oleis, vel, vt quidam inſulſe ait, ex oleo iuniperino; an propterea Theriaca, quam annuentibus Protomedico, & Conſiliarijs ingreſsum eſt, cum tanto Manfredi, & Panutij damno proijcienda eſt? nequaquam certè, cum auctores non deſint, qui therebinthinam oleo nucis moſcatæ in hac ſubſtitutione præponant, & quod ſpectat ad oleum è baccis Iuniperi, doctiſſimus Matthiolus illud non reprobat, ac condamnat, licèt oleum nucis miriſticæ magis probet, & amplexetur.

Quare, &c.

Baldus Baldus Ordinarius Practicæ Profeſſor.

## EPILOGVS.

IAm patet litis Romanæ ciuilis inter populum, & ſenatū Medicum dilucidatio. Primo .n. Aromatarij, & eorum tutores bene dicunt, Plantas Balſami á Regina Saba ex Arabia deſumptas, & dono Salomoni oblatas; inde in Iudæa cultas, quæ opobalſamum vocatum Iudaicum producebant, omninó aruiſſe: vnde non datur hoc tempore Balſamum nomine Iudaicum, ni iterum aliæ plantæ ex Arabia in Iudæam tranſportentur.

Patet ſecundo. Ex Euonimi pro Aromatarijs confeſſione; ex Auctorum recentiorum ſcriptis; & ex noſtris ſermonibus, Balſamum in Arabia copiosè nunc coli, & in hortos transferri plantas ibi ſponte in collibus ortas, ex quibus nunc copioſus Balſami Arabici

nominandi ſuccus colligitur.

Patet tertio. Balſamum Arabicum eſſe eiuſdem generis cum Balſamo olim Iudaico. Quoniam Iudaicum Arabici proles erat.

Patet quarto. Opobalſamum Romam aſportatum eſſe legitimum Arabicum, cum omnes notas ab Alpino illi tributas poſſideat.

Patet quinto. Opobalſamum idem omnes notas, ſaltem remiſſas, à Dioſc. Pl. & Theoph. illi ſuo opobalſamo adſcriptas habere, & deceptos Euonimos, quia nō intellexerunt Gręcos Auctores, & experimenta facienda, aptè conficere, ignorarunt.

Patet ſeſto. Hoc opobalſamum Arabicum, vt optimum receptum fuiſſe ab excellentiſsimo *Collegio Med.* Ro. atque etiam *ab Excellentiſs. Collegijs.* Veronenſi, Mantuano, Lucenſi, Brixienſi, Neapolitano, atque Patauino. *Ab Excellentiſſimis profeſſoribus Romani Gymnaſij.* Io. Manelpho, Baldo Baldo, Alexandro Menghino, & Petro Caſtello ibi olim profeſſore. *A ſcriptoribus noſtri* æui præclariſsimis, vt Paulo Zacchia eruditiſsimo, & per totum orbem celeberrimo. non Anomino; ſed maximi nominis apud Medicos, apud Iuriſtas: ſuperiori anno Almi Collegij Rom. Protomedico digniſsimo, cuius ſola auctoritas tanta eſt, vt mille Balſama legitima redderet. *A profeſſoribus ſimplicium* in publicis Academiis, ab Excel. Equite Ioanne Viſlingio Patauino Anatomiæ, & Simplicium profeſsore clariſsimo, qui per aliquot annos Cayri permanſit. & à Petro Caſtello olim Romæ Simplicium profeſsore, nunc Meſsanæ Practicæ Medicinæ profeſsore primario, & Horti publici Meſsanenſis primo cuſtode, & fundatore. Taceo Alpinum, Cluſium, & alios profeſsores, hac vita functos. *Ex Aromatariis* doctiſſimis Calceolario, & Pona probatum fuit

hoc

hoc opobalſamum, ſed nuperrime huius patrocinium publicis typis ſuſcepere, duo fratres Lucenſes Balthaſsar, & Michael Campi Aromatarij peritiſsimi. quid igitur amplius dubitandum, cur peruicaciter litigandum? an licet contra veritatem? contra tantam veritatem, contra conſenſum totius orbis medicorum? quis Caluinus, quis Luthe rus apoſtata reclamare audebit? profecto hos impudentes puderet, vnus Euonimus homuncio neſcio quis, veritatis oſor, recalcitrat contra ſtimulum conſcientiæ. At hæc, non minus quam vultures Titij cor dilaniant, eum vexat. γύπες γὰρ αὐτοῦ τὴν καρδίαν, ἐν ᾅδου ἐσθίουσιν, at non fabula, ſed Cain, & Iuda ſint conſcientiæ punientis exemplar. non igitur mirum ſi Euonimus veritatis lucem timens celat ſuum nomen proprium, nec dignum, vt à nobis proferatur.

Apollodorus lib. 1.

Patet ſeptimo. Notas opobalſami à Dioſc. & Plinio aſsignatas conuenire optimo tantum. non autem ſimpliciter bono, & etiam legitimo, vel veteri, ideo bonum opobalſamum in aliqua nota deficiet ab optimo, minori odore, colore, ſapore, &c.

Galenum appello teſtem primo de Antid. (vt attuli. ſupra pag. 9.) ſcribentem, *quantum Falernum vinum eo, quod caupones vendunt præſtantius eſt, tantum Ægyptio Opobalſamo Syriacum, ſeu Iudaicum antiſtat*, ecce alterum opobalſamum altero præſtantius eſt, tamen ambo ſunt opobalſama. Maluaticum Vinum, & Romanum, ambo ſunt vinum. notæ tamen ſunt deficientes in altero. ſi pharmacopei litigantes nolunt concedere noſtrum opobalſamum eſse optimum, negare non poterunt eſse opobalſamum. dixi etiam ſupra p. 21. tria genera eſse plantæ Balſami ex Plinio. alterum altero præſtantius. vnde primum locum dat Trachy odoratiori. 2. Eumeci 3. Eutheriſto. idem

retulit Dioſc. dicens differre tribus modis, *ſcabritia, proceritate, gracilitate*. i. ex Plinio Trachy, ſcabro aſpectu, incuruum, fruticoſum, odoratius. alterum Eumeces, ex Plin. quia eſt reliquis procerius, lęui cortice, 3. Eutheriſtum ex Pli. tenui, & capillacea coma. Dioſc. autem ſubiunxit, quod tenui, capillacea coma eſt, Theriſtum vocant. Ecce etiam opobalſami tria erunt genera, alterum altero odoratius, vti Vinum Moſcatellum, Grçcum, & Albanum, & hæc quidem Vina differunt odore, ſapore, colore. Euonimus dicet Albanum eſſe vinum falſum? ſed diſcat Euonimus præſtantius Balſamum eſſe ſilueſtre. quia Trachy eſt odoratius, & deſcribitur ſcabro aſpectu, incuruum, & fructicoſum, quales ſolent eſſe plantæ ſilueſtres. Eumeces autem procerius, & læui cortice, quales ſunt cultæ plantæ, non habet primũ locum. Optimum igitur opobalſamum omnes habebit notas, in opobalſamo ſecundæ notæ, vel tertię, aliquæ deerunt; nil mirum, ſi noſtrum non ita facilè lac coagulat, & macula deletur, odor leuior. Ægyptiacum enim à Syriaco vehementia odoris diſtinguebatur. Sed ſi quis ex me quęreret, an examinatum opobal. ſit per inciſionem, vel per decoctionem foliorum, & ramuſculorum, &c.

Reſponderem luce clarius eſſe id fuiſse extractum per inciſionem, & nullo modo per decoctionem, & in hoc habeo certiſſimam, & infallibilem demonſtrationem, nempe experientiam, quia iam conceſſum eſt ab omnibus opobalſamum eſſe ſuccum Reſinaceum. ſed reſina omnis ex Theoph. Plinio, & Dioſcoride, & Gal. decocta inſpiſſatur, fit colophonia, & in puluerem friabilis, noſtrum opobalſamum eſt liquidum, non ergo coctum.

Secundo opobalſamum noſtrum in aquam calidam ego proieci, ſtatim durum redditum fuit, nil dilata-

batur,

batur, vt in frigidam proiectum, ergo aquam calidam prius non eſt expertum.

Tertio in aquam frigidam proiectum albeſcit, vt lac, & tandem, dureſcit, & inſpiſsatur, ex quo patet noſtrum opobal. liquidum, & citrinum, neque aquam frigidã attigiſse; nã color, & ſubſtantia alterata fuiſsent.

Quod autem Busbequij opobalſamum omnibus notis ab antiquis traditis non reſponderit minime mirum eſt. erat quidem opobalſamum verum, legitimum, & purum, ſed erat AEgyptiacum. At nuper Gal. audiuiſtis quantum iudaico AEgyptiacum cedere dixerit. ergo. omnes notæ in illo Iudaico, immo in Iudaico optimo debebant reperiri. Melius. omnes in Sagadino, imminutæ in reliquo Syriaco, deficientes in Ægyptiaco. aliás ſi nulla eſset inter hæc differentia, falſe illa dixiſset Gal. At Arabico opobalſamo ſatis erit, aliquot habere notas. licet odorem diminutum, difficiliorem maculæ ablationem, & imbecillam lactis coagulandi vim habere, dicat Euonimus, reliqua attributa haud controuerſa ſunt.

## PERORATIO.

QVæ de Opobalſamo legitimo dignoſcendo afferre opus fuit, iam benignus lector percepit. Equidem quæ hic ſcripſi, ſcripſiſse me pro veritate inueſtiganda, atque tuenda, notum cuique eſse vellem. ab ambabus partibus rogatus, efflagitatus. Aromatariorum Collegium ad me ſcripſit, in cuius gratiam pro veritate aliás ſcripſeram. D. Leonard. Gislenus Romæ Amiciſſimus fuit, cum eo debebam ſentire. At ex Manfredo æditam tantum litteram habui, hominem numquam noui, dum Romæ eram; nec ipſe me, vt ex ſuis litteris patet. Medici verò

multi

multi amiciſſimi quidem, & doctiſſimi Romæ poſtularunt, ſed tantum, vt veritatem propalarem. Ecce me Iudicem, ex ambarum partium conſenſu, ad veritatem propalandam, conſtitutum eſse agnoui, agnoui etiam Romę á ſummo Principe in hac cauſa duos delectos fuiſſe Iudices. quos, plus auctoritatis in litigantes habere, ſcio; ſed in inueſtiganda veritate iis, nulli parcens labori, diligentia, ſedulitateque numquam cedam, & ſi per ætatem, & munus, quo fungor liceret, etiam in Alexandriam, Cayrum, & Arabiam me conferrem, vt veritatis compos fierem. interim, quia de veritate lis eſt, volui eſſe iudex iuſtus, & ſub ſindicatu poſitus Dei altiſſimi, qui animum meum iuſtum inſpicit, ad quem appello aliter, non pro veritate, iudicantes.

Nam dum modo exactius hanc maximam litem, & litis cauſas conſidero, mirifice angor (Apollo enim meus in aures inſuſurrauit, ſum enim Vates ex oraculo Apollinis (teſte Leonardo) loquens) ob inuidiam potius, quam ob veritatem (pro qua prius credebã) litem obortam: quid ad Aromatariorũ Collegium refert, ſi Manfredus in ſua Teriaca poſuit opobalſamum Arabicum, vel O. Nucis Moſchatæ, & illud pro legitimo, vel pro ſubſtituto ex conſenſu Protomedici? certe nihil quia continuo deberent lites adeſſe inter ipſos; ſed Apollo inquam retulit ſuo Vati. 6. vel 8. Pharmacopæos, qui Romæ Teriacam compoſuerunt cum ol. Nucis M. vel Balſamo occid. pro orientali. id ægre ferre. ne dicatur Manfredi Teriaca præſtantior, & ob hanc cauſam tantum angi, tantum conqueri, & lamentari; ſed Deus verus hominum corda perſcrutatur, & veritatem diligit, ac manifeſtat per ſuos ſeruos, ita ego Deum timens veritatemq; diligens pro vero opobalſamo tuendo libenter laboraui. Aromatarios do-

ctos

ctos, & diligentes, id non ægrelaturos ſperans. Si negligentibus diſplicuerit, id pili facio. etiam Venetijs aderunt Aromatarii, qui ſine vero opob. ſuas Teriacas conficiant, ſed erunt Teriacæ ordinariæ, non quales Calceolari, Ponæ, Camporum, &c.

In hoc autem Mundo ego omnium orbis Collegiorum Medicorum, omnium doctorum virorum Syndicatũ, & cenſuram ſubire aueo. hoc enim æditum opus ſtatim mittam, & ſubmittam præclariſſimis, & Excellentiſſimis Collegijs, & Academiis in Italia Patauinæ, Bononienſi, Piſanæ, Senenſi, Peruſinæ, Ticinenſi, Salernitanæ, Neapolitanæ, Taurinenſi: præterea Cathanenſi, cæteriſq;. In Gallia Pariſienſi, Monſpelienſi, in Belgia Louanienſi, & alijs, quibus mittere potero. non alia de cauſa, niſi vt certior fiam, cærtiorq; fiat orbis totus, an recte iudicauerim. Si enim Iudex emergo, litis de Med. ſimplici inter duo ampliſſima Romana Collegia, pro ea, qua ſimplicium praxi polleo, vtpote in Romano Lyceo Theoricæ, ac practicæ ſimplicium alias profeſſor; Meſſanæ Horti ſimplicium publici conditor. Patauio anno 1635. ad ſimplicium lecturam vocatus. non niſi veritatem dicere intendo, & ſpero, omnes dictas Academias, omneſque viros doctos, fore, vt ſententiæ meæ applaudant, atque ſubſcribant. ſic etiam ſpero Excellentiſsimos Medicos Romæ a ſummo Principe in hac cauſa Iudices delectos, hanc meam ſententiam eſſe confirmaturos, quia viros æquos, iuſtos, non pecunia, non inuidia, non amore, non timore, non odio, nec ira, aut malignitate, commoueri poſſe cenſeo, quibus Vitiis optimos Iudices vacare debere, omnes cenſent. interim ſi aliter ſenſerint, ob occultam aliquam mihi cauſam. ſcriptis ſuam ſententiam ſpero aperturos Illuſtriſsimæ, & Reuerendiſsimæ Rotæ Romanæ mo-

do, vt Mundus totus Iudicum ſententias diuerſas Cenſura ſua corrigat, & non auctoritate, qua pollent, vt mutos Iudices litem dirempturos, ſeu potius veritatem obruturos; nam Principis ſupremi mens eſt, vt veritas triumphet; ob id illi à Deo præcamur Triumphum, in hoc, & in alio ſęculo. tandem dicam, ſi Ampliſſimum Medicorum Collegium iùs habet in Pharmacopeos ſuos, & eius nomine Prothomedicus, probandi, reprobandi, & ſubſtituendi Medicamenta apta. cur Prothomedicus Romanus non habebit facultatem ſubſtituendi hoc balſamum (dato, & nō concesſo quod non ſit verum) ſi poteſt ſubſtituere alia? hoc eſſet contra priuilegia conceſſa à ſummis Pontificibus Collegio Romano, & ab omnibus Principibus ſuis Collegijs. ſi enim poſſent Pharmacopæi recalcitrare, & determinare de qualitatibus medicamentorũ, ipſi eſſent Medici, & Medici eſſent coqui. vnde quando in ſuo Memoriali dicunt Aromatarii num. 1. *Theriaca ex hoc Balſamo compoſita non poteſt* eſſe niſi *inutilis*, *& noxia aſſumentibus*, reſpondendum illud Apellis, *ſutor non vltra crepidam*, & illud Ciceronis, *tractent fabrilia fabri*. pinſant, exprimant, coquant ipſi, & valeant, quia talia conſiderans iraſcor, & ob id tacebo.

FINIS.

A

Ablutio maculæ Opobalſami. pag. 50.
Adhærentia qualitas Opob. 20. 30.
Adhærentia vitium Opob. 29.
Adulterati Balſami ſuſpitio. 64. 84.
Adulteria Opobalſami. 14. 18. 22. 38. 136. 145.
Ætas Opob. quid faciat. 19. 20. 36. 106. 118. 134. 141.
Ætas Opob. variat conſiſtentiam. 24. 107. 118. 134.
Ætas prætenſi Opob. nulla eſt. 108. 109.
Aetius falſo citatus à Ruellio. 8.
Alpinus habuit Venetijs Balſami plantas. 91. 101.
Alpinus nunquam vidit Balſami plantas. 85. 86.
Alpini Laudes. 98. 128. 134.
Anima Mundi rerum ſpecies eſſe ſempiternas curat. 3.
Antidotarium Rom. ſubſtituit pro Opob. 75. 77. 78. 79. 88.
Arabia Balſamifera. 10. 16. 17. 77. 136. 137. 144.
Aſinus primus putator vitis. 100.
Aſinus Baccus. 100.
Aurum omnia corrumpit. 1.
Aurum non innatat Hydrargiro.

B

Balſamum alterum altero præſtantius. 151. 152.
Balſamum Arabicum eiuſdem generis cũ Iudaico. 154.
Balſamum Arabicum eſſe verum. 98. 99.
Balſamum colitur in Arabia. 17. 95. 149.
Balſamum cur ad nos non adfertur. 12. 86. 102. 141.
Balſamum è Mecha non eſt Balſ. Dioſc. 85.
Balſamum eſt aduena in Iudęa, & Ægypto. 11. 81. 84. 92.
Balſ. examinatum non eſt per decoctionem. 152.
Balſamum haberi poſſe. 15. 18.
Balſamum in Arabia. 10. 12. 77. 85. 91 92. 137. 144.
Balſ. in arenoſis ſuccum non fert. 85. 90.
Balſ. in Ægypto. 8. 9. 80. 81. 85. 92. 93. 137. 144.
Balſ. in AEgypto minus odoratum. 94. 152. 153.
Balſ. Iudaicum perijſſe. 84. 85. 96. 149.
Balſ. non perijſſe 3. 4. 77. 91. 92. 93. 136. 137. 143. 144. 145.
Balſ. occidentale ſubſtitutum pro orientali. 79. 88. 89.

Balſamum periiſſe. 3.74.79.81.82.83.89.91.
Balſ. pro Lampadibus S. Petri. 144.
Balſ ſilueſtre non eſt ſuaui odore. 85.86.102.
Balſ. ſilueſtre odoratius. 100.152.
Balſamum Trachy. 119.152.
Balſami tria genera. 21.
Balſamum vni Iudeæ conceſſum. 7.8.80.81.92.

C

Cardanus defenſus à Scaligeri cenſura. 4.
Cerea candela claram facit flammam. 53.
Ciphy ſuffumigium AEgyptiorum. 121.
Citantur Aromatarij. 45.
Collegium Aromatariorum iure dubitat. 15.
Color candidus primus. 32.
Color Opobalſami. 31.34.118.128.134.
Color Opob. examinati non eſt Mellis obſcurior. 123.
Colore non ſubſtantia lacteſcit in aqua Opob. 59.65.
Color ruffus ſecundus. 32.
Comparatio Balſ. ſilueſtris cum lambruſca. 85 100.
Conditiones Balſ. Iudaici non coueniunt alijs. 119 151.
Congium quæ menſura ſit. 13.
Contradictio Aduerſariorum. 117.119.122.
Contradictio inter Plinium, & Dioſc. 29.
Contra negantes ſenſum non eſt diſputandum. 101.
Craſſities Opobalſami. 24.
Cultura Balſamum odoratiſſimum. 81.85.93.
Cultura neglecta quid faciat. 99.
Cultura non facit odorem. 100.
Cultura quid faciat. 11.
Cur ex Alexandria non affertur Balſamum. 102.
Cur in Atidot. non dicatur Op. coagulare lac. 43.44.

D

Defenſio Plinij. 57.61.
Denſatio Opob. in aqua. 56.152.
Denſatur in aqua Opob. 57.58.59.60.153.
Denſatur non denſat. 59.64.
Deprauatio textus Plinij. 56.
Diluatur quo modo Opob. 52.56.

Dilui facile Opob. 52.53.
Diſſoluitur in aqua Opob. 109.
Diuerſitas Plantarum facit Opob. diuerſum. 21.
Duo contraria opobalſamo tributa. 117.

E

Erratum in Theriaca conficienda. 69.
Euonimus Balſamum fecit Mulum. 99.
Euonimus Logicaſter. 125.
Euonimus non intellexit Græcos auctores.
Euonimus periurus. 125.
Euonimus planta fœtida. 97.
Euonimus .i. ſiniſter, ignobilis. 97.
Experientiæ falſæ. 64.65.
εὐδιάιτος quid ſignificet. 27.35.53.
εὐδιάλυτος quid. 27.
εὐδίατρος quid. 27.

F

Falſitas prætenſi Opobalſami. 106 108.
Ferrum vnctum Opob. vero ardet. 53. 131.
Fiſcus Balſamum ſerebat. 9.16.80 92.
F.icatu ſuper manum noſcitur Opobalſ. odor ſyncerus. 40.
Fricatione noſcitur Opob. vetus. 106.

G

Galeni defectus. 21. 23.
Galenus vidit ſtillantem Opob, 83 90.
Grana Iuniperi pro Opob. 83.
Graue, & leue Opob. 26.
Gummi Opobalſamo admixtum. 30.

H

Horti AEgypti. 144.
Horti Salomonis. 81. 91.
Hortos Iudeæ eſſe deletos. 16 74 77 91. 95.

I

In Arabia copioſè coli Balſamum. 16.
Inſtillandum panno Opob. 65.
Iudicium difficile de Opobalſamo. 20.

L

Lac debet coagulare Opob. 43.108.143.
Lac non coagulat noſtrũ Op. 44.109.130.135.143.146.
Lacteſcit Opob. in aqua. 54.57.64.
Lac Virgineum. 58.
Lac vt ab Opob. coaguletur. 117.130.135.146.
Laneæ veſti Balſ. inſtillatum non relinquere maculam falſum. 117.
Lauandi maculas modus. 50 51.
Læue .i. lene Opob. 25 26.28.
Leue pondere an Opob. 25.
Leue guſtu, odoratu, tactu. 43.
Locus natalis Opobalſamum variat. 21.
M
Maculæ ablatio non eſt vera nota Opob. 48.49.
Maculam facit hoc Opob. 45.109.130.143.
Maculam non relinqui, quid ſignificet. 47 48.130.146.
Maculam non relinquit Opob. 45.46.51.52.108.143.
Maculam vt non faciat Opob. 51.
Medici Patauini reprehenſi. 142.
Medici Romæ non viderunt ſtillantem Balſamum. 90.
Melichij experimentum. 54.
Methodus agendi. 2.
Mirthus in AEgypto odoratior. 95.
N
Naſus Antiquorum diuerſus à noſtro. 36.
Natura vniuerſalis propagationem curat. 4.136.143.
Nigrum Balſamum Plinij. 31.33.34.
O
Odor acidus. 40.41.116.
Odor Opob. dicitur validus comparatiuè. 39. 117.
Odor Opobalſami ſuauiſſimus. 36. 81. 84. 85. 92. 96. 106.108.115.122.138.
Odor Opob. tenuis erat. 37.40.118.145.
Odor Opob. validiſſimus. 36.106.108.115.118.
Oleum Caryophyllorum pro Opob. 79.88.
Oleum Nucis Moſchatæ pro Opob. 78.79 88.112.
Oleum ſemi. Citri pro Opob. 88.89.
Opobalſamum acidum coagulat lac. 44 65.

Opo-

Opob. adulteratum ardens facit flammam nigram. 53.
Opob. AEgyptiacum. 9. 81.
Opob. AEtas. 19. 20 34 106. 107. 116. 142.
Opob. ad vulnera. 4.
Opob. allatum. odore inſuauc. 84. ingrato. 96. parum grato. 108.
Opob. an ſignis certis noſcatur. 18. 19.
Opob. duplex genus. 140.
Opob. examinatum ſimpliciter recens. 21. 25. 123. 143.
Opob. examinatũ ad ſecundã ętatẽ vergere. 34. 122. 142.
Opob. ex Trachy odoratius. 109.
Opob. inhæret. 45 49. 50.
Opob. inhærentia explicatur. 47. 48.
Opob. in Theriaca primatum tenet. 105. 110.
Opob. liquatur in aqua. 55. 57. 58 61. 107. 129. 135.
Opob. mixtum in Iudæam ferebatur. 22.
Opob. non debere aquæ permiſceri. 124.
Opob. non eſſe noſtra ætate ſuauiſſimum. 36. 117 146.
Opob. noſtrum approbatum 46. 47 67. 70. 139. 142. 150.
Opob. noſtrum deſidet in aqua. 109. 123. 143.
Opob. noſtrum non expanditur ſuper totam aquam. 109. 124.
Opob. noſtrum factitium, & falſum. 105. 108. 109. 110.
Opob. noſtrum optimum ſubſtitutum veri Opobalſ. 110. 114. 149.
Opob. optimum quod ante ſemen fluxit. 21. 34.
Opob. odore Terebinthi. 37. 100. 119. 120. 122. 128.
Opob. odore Iuniperi, & Terebinthi. 61. 119.
Opob. per decoctionem. 140. 148.
Opob. prætenſum. odore Iuniperi. 108. 119.
Opob. prætenſi odor pauciſſimus. 108. 118. 143.
Opob. recens optimum. 19. 34.
Opob. Romæ viſum. 90.
Opob. Sagadinum præſtantiſſimum. 9.
Opob. ſilueſtre odoratius. 21. 94. 100.
Opob. ſilueſtre quale. 21.
Opob. ſinceri ſigna. 23. 24 136.
Opob. verum qui habuere. 4. 5. 6. 7. 15. 16. 134. 135. 137.

Opob. verum odore Thuris, ac Terebinthi. 108. 119. 120. 129. 135.
Opob. vetus craſſeſcit. 19. 34. 107. 116.
Opob. vitiatum inſtar olei aquæ innatat. 57. 107. 147.
Oriens quid ſignificet. 79.

P

Pannus pro experimento Opob. 50.
Patria non variat ſpeciem. 95.
Perſpicuitas Opobalſami. 35. 134. 135.
Peruuianum Opob. acerrimum. 43.
Pharmacopœi diligentes. 134.
Pharmacopœus Siculus Meſſanenſis. 78. 89.
Pictores aliquando male pingunt plantas. 102.
Pingue Opob. quale. 28.
Planta Balſami Romæ Viſa. 80. 91.
Plantę Balſami in loco ſterili. 17.
Plantæ omnes prius agreſtes, tum hortenſes. 10. 11. 99.
Plinius defenditur. 39.
Plinius explicatur. 30. 31. 32. 33.
Plinius obſcurus. 31. 33.
Prætium Opobalſami 13. 14.
Prætium Opobalſami non magnum. 18.

Q

Quale Balſamum attulit Regina Saba. 102.
Quantum Opobalſami colligatur. 13. 16. 137.
Quantitas parua non ſinit ad nos ferri Opob. 12.
Quantitas parua Opob. vt intelligatur. 148.

R

Recens Opob. tantum validi Odoris. 39.
Regina Saba donauit Salomoni Balſ. 10. 77. 81. 149.
Reſinæ aqua calida denſantur. 58.
Ruellij verſio accuſata. 47.

S

Salomonis æuo adulteratum Opob. 22.
Salomon propagauit Balſami plantas. 10. 81.
Sapore læue. 26. 27. 28. 129.
Sapore non acidus. 27. 40. 41.
Sapor Opobalſ. amarus. 42. 43. 129.

Sapor

Sapor Opob. auſterus. 42.129.
Separatum eſt ab aqua Opob. 124.
Seriph Arabiæ donat Turcas Opobalſamo. 17.
Secundus quid ſignificet. 32.
Sidat vt Opobalſ. 59.60.61.62.63.123 147.
Silueſtre Balſamum non dari. 8. 10.
Silueſtre Balſamum reperiri. 10. 11.
Silueſtria odoratiora vrbanis. 93. 94.
Soli expoſitum Opob. quid patiatur. 53.
Succedanea Opob. vltra 30. numero. 10.
Subſtantia Opob. noſtri eſt fluida. 109. 123.
Synceritas Opob. ad Odorem. 24. 39.
Synceritas Opob. ad ſubſtantiam. 22. 23. 24.
T
Tactu aſperum, vel lene Opob. 43.
Tenue differt à turbido. 25.
Tenue ſimpliciter non eſt Opob. ſed comparatiue. 25.
Tenuitas Opobalſami. 24.
Terebintho ſimile Balſamum. 37.
Terebinthus indica ſubſtitutum Opob. 115,
Terebinthi odor ſuauis antiquis. 120.121. 122.
Theriaca an vere conficienda. 68.72.
Theriaca cum hoc Balſamo eijcienda. 105.110.115.
Theriaca Manfredij omnibus Theriacis Rom. præferenda. 114. 115.
Theriaca vero Opob. confecta. 134.
Turbidus color Opob. 122.
V
Vaticinium. 125.
Vectigal magnum ex Balſamo. 81.
Vetus Opob. craſſum. 28.
Vnguenta antiquorum minus ſuauia noſtris. 36.
Vnius med. improbitas reliqua corrumpit. 105.
X
Xilobalſamum non reperiri. 143.

25